Hîc cùm Moyſes deſidere exercitum ocioſum ægrè ferret, hoſte non audente manus conſerere, interim tale quiddam accidit. erat Æthiopum regi filia nomine Tharbis. hæc Moyſen mœnibus exercitum admouentem & egregiè dimicantem conſpicata, virtutémque viri admirata, qui & Ægyptiorum fortunam labantem in integrum reſtituiſſet, & Æthiopas modo victores in extremum periculum adduxiſſet, vehementi eius amore eſt correpta: quo in dies creſcente, mittit ad eum è ſeruis fidiſſimos coniugium ſuum offerens. aſſenſit ille hac conditione iureiurando firmata, poſt vrbem ſibi traditam ducturum ſe eam vxorem: ac mox dicta factum ſequitur. Sæuitum eſt nihilominus in hoſtem, & actis Deo gratiis nuptiiſque celebratis, Ægyptiorum exercitus victor domum eſt reductus. illi verò accepta ſalute odium pro gratia Moyſi repoſuerunt, & maioribus ſtudiis inſidias contra eum machinabantur: ſuſpicatíque ne rebus feliciter geſtis elatus res nouas in Ægypto moliretur, apud regem eum cædis accuſauerunt. iam enim & ipſe ſuſpectũ hominem habere cœperat, partim inuidia motus ob bellum fortiter ac prudenter adminiſtratum, partim etiam metu alicuius cladis, ſollicitantibus huc & irritantibus indeſinenter ſcribis ac ſacrificis. Vt iam Moyſes minimo minus abeſſet à pernicie, opprimendus dubio procul, niſi rem olfaciens in ipſo temporis articulo ſe clàm ſubduxiſſet. & cùm vias obſeruari intelligeret, per ſolitudines fugam arripuit, quà euaſurum inimici minimè ſuſpicabantur: & quamuis alimenta nuſquam inueniret, inediam patientia ſuperabat. cúmque ad vrbem Madienam peruenìſſet, in rubri maris litore ſitam, denominatam ab vno ex Abrahami & Chæturæ filiis, ſedens ad quendam puteum laſſitudinem ex laborioſo itinere contractam recreabat. Erat enim tempus meridianũ, & vrbem iam in proſpectu habebat. Hoc loco ei negotium incidit natum ex incolarum viuendi ratione, per quod & virtutem ſuam declarauit, & melioris fortunæ occaſionem inuenit. cùm enim ea regio laboret aquarum inopia, paſtores operam dabant vt primi puteos occuparent, ne fortè exhauſta aqua ab aliis, ipſorum pecora potu carere cogerentur. Veniunt igitur ad puteum ſeptem virgines ſorores, Raguelis ſacerdotis filiæ, qui in magno honore ab eius loci habitatoribus habebantur: quæ patris gregum curam gerentes, id quod etiam per fœminas apud Troglodytas ex more fit, hauſta aqua quantum ſatis videbatur, gregibus eam potendam in lacunas ad hunc vſum factas diffundunt. cúmque paſtores ſuperueniſſent, & repellendo puellas aquam ſibi vſurparent, Moyſes iniquum ratus non ferre opem iniuriam patientibus virginibus, & ſe inſpectante vim virorum plus pollere quàm ius puellarum, abactis vſurpatoribus auxilium eis ita vt decebat præbuit. at illæ accepto beneficio poſtquam ad patrem venerunt, & paſtorum iniuriam, & quomodo ab hoſpite adiutæ fuerint, ei retulerunt: rogábantque ne illi hoc

XI.

beneficium peteret. tum ille collaudata puellarum erga benefactorem gratitudine, iussit vt Moysen adducerent meritam gratiam recepturum. Qui vbi venit, indicauit ei quomodo ex filiabus cognouisset de auxilio quod eis tulerat, & virtutem eius admiratus, in non ingratos hoc beneficium collocatum aiebat. relaturum enim se gratiam, non modo parem, sed aliquanto maiorem, deinde adoptato in filium vnam ex filiabus nuptum tradit: ad hæc pecorum, ex quibus olim vniuersa barbarorum possessio constabat, curatorem eum ac dominum

XII. *Exod. 3.* constituit. Hanc fortunam Moyses nactus apud Ietheglæum, quod Raguelis cognomen erat, degebat apud socerum pascens pecora. aliquanto verò post, egit pastum greges in montem, qui dicitur Sina, omnium in ea regione celsissimum, & pascuis valde commodum abundabat enim herba, eo quòd valgato rumore numen illic habitare, pastoribus hactenus inaccessus ob religionem loci fuerat. in eo monte mirabile vidit prodigium. ignis enim rubi fruticem depascere visus, nec frondes, nec flores, nec ramos quicquam læsit, cùm tamen inde maxima & flagrantissima flamma emicuisset. ille tam inopinato spectaculo non mediocriter attonitus magis etiam obstupuit, postquam vocem ex igne emissam & nominatim sibi vocato verba facientem audiuit: quibus & audaciam eius taxauit, qui non sit veritus locum hactenus ob religionem hominibus inaccessum calcare, & consuluit insuper vt quàm longissimè à flammis abscederet: & contentus quidem sit hac visione, non indignus ea propter suam ac maiorum suorum virtutem habitus, cæterùm vlterius nihil curiosè inquirat, prædixit etiam quantum honorem ac gloriam consecuturus esset apud homines diuino fauore assistente: iussitque confidenter in Ægyptum proficisci, futurum illic ducem ac ductorem Hebræorum multitudinis, & liberaturum cognatum populum ab iniqua eius gentis dominatione. Etenim habituri sunt, inquit, terram illam quam Abrahamus generis vestri princeps tenuit, & omnia bona eius percepturi, tua prudentia ad hanc felicitatem illos perducente. Sed fac memineris, vt eductis Hebræis ex Ægypto in hoc loco sacrificium gratiarum actionis ob felicem successum offeras. & oraculum quidem tale ex igne prodiit. Moyses verò tam visis quàm auditis territus iussit, Potentiæ quidem tuæ Domine, quem & ego veneror & maiores mei coluerunt, non sum tam insanus vt parere dubitem: attamen non intelligo quomodo vir priuatus & nullis viribus præditus, vel meis persuadere potero vt relicta terra quam nunc habitant me ducem sequantur: vel etiamsi persuasero, quomodo Pharaothes sit cogendus vt illos exire permittat quorum opera & labore constat Aegyptiorum felicitas. Deus autem iussit illum secum esse de toto hoc negotio, se illi nunquam non adfuturum pollicitus, & siue verbis opus fuerit, vim persuadendi largiturum, siue operibus, virium satis additurum. mox iussit

A δέξατο τ' παρὰ τὸν εὐεργετικὸν ἀνδρῶν, καὶ τ' μωϋσῆν εἰς ὄψιν ἐκάλεσεν ἀγαγεῖν αὐτῷ τὸν ξόμβριον χάειτος δικαίας. ὡς δ' ἦκεν παρὰ τὸν γαμβρὸν τὴν θυγατέρων ἀπεσήμαινεν αὐτῷ μαρτυρίαν ὅτι τῇ εὐσεβείᾳ, & τῆς ἀρετῆς αὐτὸν θαυμάζων, ὡς εἰς ἀναθήσεις εὐεργεσιῶν καταθέως τὸν ὁπικουρίαν ἔλεγεν, ἀλλ' ἱκανοὺς ἐκτίσαι χάειν, καὶ τῷ μεγάθει τῆς ἀμοιβῆς ὑπερβάλλειν τὸ μέτεργον τῆς ὑποίας. ποιεῖται δ' αὐτὸν υἱόν, καὶ
B μίαν τῶν θυγατέρων πρὸς γάμον δίδωσιν. τ' τε θρεμμάτων, ἐν τούτοις γὰρ ἡ πᾶσα κτῆσις τὸ παλαιὸν ἦν τοῖς βαρβάροις, ὑποδέκτην ὑπεμελητὴν καὶ διαπότην. καὶ μωυσῆς μὲν τοίνυν τυχὼν τοιᾶδε τῆς ἐπιγαμίας, τοῦτο γὰρ ἦν ὄνομα τῷ ῥαγουήλῳ, διῆγεν αὐτόθι ποιμαίνων τὰ κοσκήματα. κερόνῳ δ' ὕστερον νέμων, ὅπερ τὸ σινᾶον καλούμενον ὄρος ἄγει τὰ πόιμνια· τοῦτο δ' ἔστιν ὑψηλότατον τῶν ταύτῃ ὀρῶν, πρὸς νομὰς ἄρειον ἀγαθῆς φυομένης πόας, καὶ δῆλα τὸ δόξαν ἔχειν ἐνδιατρίβειν αὐτῷ τὸν θεὸν ὑ καταπεμπθείσης πρότερον, ὑ βουλόντων ἐμβατεύειν εἰς αὐτὸ τῶν ποιμένων. ἔνθα δὴ καὶ τέρας αὐτῷ συντυγχάνει θαυμάσιον. πῦρ γὰρ θάμνῳ βάτου νεμόμενον, τοῦ πρὸς αὐτὸν χλόην τό τε ἄνθος αὐτῆς παρῆλθεν ἀβλαβὲς, & τὴν ἐγκάρπων κλάδων ὑδὲν ἠφάνισεν, & ταῦτα τῆς φλογὸς πολλῆς καὶ ὀξυτάτης ὑπαρχούσης. ὁ δ' καὶ
D αὐτῷ μᾶλλον ἔδεισε τοῦ ὄψιν παράδοξον γινομένην. κατεπλάγη δ' ἔτι μᾶλλον, φωνῆς τοῦ πυρὸς ἀφιέντος, καὶ ὀνόμασι καλέσαντος αὐτὸν καὶ ποιησαμένου λόγους, οἷς τότε θάρσος αὐτῷ βουλήσαντος παρελθεῖν εἰς χωρίον, εἰς ὃ μηδεὶς ἀνθρώπων πρότερον ἀφίκτο δι' τὸ τὸ θεῖον, ἐσήμανεν, καὶ συνεβούλευεν τῆς φλογὸς πορρωτάτω χωρεῖν. & ἀρκεῖσθαι μὲν οἷς ἐώρακεν, ἀγαθὸν ὄντα καὶ μεγάλων ἀνδρῶν ἔκγονον, πολυπραγμονεῖν δ' μηδὲν τούτοις περιεργότερον. προτρέπεται δ' τὴν ἐσομένην αὐτῷ δόξαν, καὶ τιμὴν ὑπὸ ἀνθρώπων τὴν θεῷ συμπαρέντο. καὶ θαῤῥοῦντα ἐκέλευεν εἰς τὴν ἄιγυπτον ἀπέναι, σεσωσμένον καὶ ἡγεμόνα τῆς ἑβραίων πληθύος ἐσόμενον, & τῆς ὕβρεως τῆς ἐκεῖ τοὺς συγχρωμένους ἀπαλλάξοντα. καὶ δὴ γὰρ οἰκήσουσι φησὶ ταύτην εὐδαίμονα, ἣν ἄβραμος οἴκησεν ὁ ὑμέτερος πρόγονος. καὶ τῆς πάντων ἀπολαύσουσιν ἀγαθῶν, εἰς ταῦτα σου καὶ τ σῆς συνέσεως αὐτοὺς ἡγουμένης. ἐξαγαγόντα μὲν τοι τοὺς ἑβραίους ἐκ τ γῆς αἰγύπτου, θυσίας ἐκέλευεν εὐχαριστηρίους ἀφικομένων εἰς ἐκεῖνον ἐκτελέσαι τὸν τόπον. τοσαῦτα μ' ἐκ τοῦ πυρὸς θεοκλυτεῖται. μωϋσῆς δ' ἐκπεπληγμένος οἷς εἶδε καὶ πολὺ μᾶλλον οἷς ἤκουσεν, δυνάμει μὲν ἀπιστεῖν, ἔφη, τῇ σῇ δέσποτα, ἐὰν αὐτός τε θρησεύω καὶ προγόνους οἶδα φανερὰν γινομένην, μανιοδέστερον δ' κατὰ τὴν ἐμαυτοῦ φρόνησιν ἡγοῦμαι. πλὴν ἀπορῶ, πῶς ἂν ἰδιώτης ἀνὴρ καὶ μηδεμιᾶς ἰσχύος ἄπορος, δ' πείσω λόγοις τοὺς οἰκείους ἀφέντας ἐμὲ ἄρτι κατοικοῦσι γῆν ἑπεσθαί μοι, πρὸς ἐμὲ αὐτοὺς ἡγοῦμαι. καὶ ἐκεῖνοι πειθῶσιν, πῶς ἂν βιασαίμην φαρμάθην ὑπερέψαι τὴν ἔξοδον τούτοις, ὧν τοῖς πόνοις καὶ τοῖς ἔργοις τὴν οἰκείαν αὔξουσιν εὐδαιμονίαν. ὁ
ὁ θεὸς αὐτῷ πρὸς πάντων συνεβούλευε θαῤῥεῖν ὑπισχνούμενος αὐτὸς παρέσεσθαι. καὶ ἐὰν δεῖ μὲν λόγων πειθῶ παρέξειν, ἐὰν δ' ἔργων, ἰσχὺν χορηγήσειν. ἐκέλευεν δ' τὴν βακτηρίαν ὑπὸ τὴν

γῆν

γλῶ ἀφέντα πίστιν ὧν ὑπεχεῖτο λαμβάνειν. καὶ ποιή- A
σαντος, δράκων εἵρπεν, ⁊ σωτειλούμενος ἀπειλεῖτο,
ὡς διώκουσιν ἐπ' ἀμυνῇ τῷ κεφαλῷ ἐπανέτεινεν. εἶ-
τα πάλιν βάκτρον ἦν. μετέπιπτε δ' καθεῖναι τῷ δεξιὰν
εἰς τὸν κόλπον ἀφεστάξεν. ὑπακούσας δ' λαβὼν καὶ
πτύσας τῷ χεῖρα ὁμοίαν ἀφεκόμισεν. εἶτ' εἰς τὸ σύν-
νθες κατέσπ. κελεύσθεις δ' κ' ἐκ πλησίον ὕδατος λαβὼν
ἔχει τῷ γῆν ἀκχέαι, ὁρᾷ τῷ χεῖρα αἱματώδη γιγο-
μένῳ. θαυμάζοντα δ' ὅτι τούτοις, θαῤῥεῖν παρεκ- B
λέετο, ⁊ βοηθὸν εἰδέναι μέγιστον αὐτῷ σωτεσόμενον,
καὶ σημείοις ἀφὸς τὸ πιστεύεσθαι ἀφ' ἁπάσι χρῆσθαι,
ὅτι πεμφθεὶς ὑπ' ἐμοῦ πάντα κ' τὰς ἐμὰς ἐντολὰς
ποιεῖς. κελεύω δ' μηδὲν ἔτι μελλήσαντα ἀποδύεσθαι εἰς
τῷ αἴγυπτον, κ' νυκτὸς καὶ ἡμέρας ἐπειγόμενον, ⁊
μὴ τείβοντα τ' χρόνον, πλείω ποιεῖν τῦτον ἑβραίους
ἐν δουλείᾳ κακοπαθοῦντας. μωϋσῆς δ' ἐκ ἔχων ἀπι-
στεῖν οἷς ἐπηγγέλλετο τὸ θεῖον θεατὴς τ' τούτων βε- C
βαιωμάτων καὶ ἀκεραίας γιγόμενος, δεξάμενος αὐτῷ,
καὶ πειραθεῖναι ταύτης τῆς δυνάμεως ἐν αἰγύπτῳ
δεηθεὶς, λιτοβόλει μηδὲ ὀνόματος αὐτῷ γνῶσιν τῦ
ἰδίου φθονῆσαι, φωνῆς δ' αὐτῷ μετεχηκότι κ' ὄψεως
ἔτι, καὶ τῷ προσηγορίαν εἰπεῖν, ἵνα θύων ἐξ ὀνόμα-
τος αὐτὸν παρεῖναι τοῖς ἱερεῦσι προκαλῇ. καὶ ὁ θεὸς
αὐτῷ σημαίνει τῷ ἑαυτῦ προσηγορίαν, ⁊ πρό-
τερον εἰς ἀνθρώπους παρελθοῦσαν, ὡδὶ ἧς ἔ μοι θέ-
μις εἰπεῖν. μωϋσῆς μὲν τὰ σημεῖα ταῦτα, ⁊ τότε D
μόνον ἁψάμενος δ' ὁπότε δεηθεὶη συνετύγχανεν. ἐξ
ὧν ἁπάντων πλέον ὡδὶ τῆς ἀληθείας τῷ πυδὶ νέμων,
καὶ τὸν θεὸν δίμφᾳ προθυμότερον ἕξειν πίστιν,
ὅτί τε οἰκείους σώζειν ἤλπιζεν, καὶ ὅτι αἰγυπτίους
κακοῖς ὡδιβαλεῖν. καὶ πυθόμενος τὸν τῷ αἰγυπτίων
τεθνάναι βασιλέα φαεμώθη, ἐφ' ᾧπερ αὐτὸς
ἔφυγε, δεῖται ῥαγουήλου συγχωρῆσαι κατὰ ὠφέ-
λειαν αὐτῷ τῷ συγγενῶν εἰς αἴγυπτον ἀπελθεῖν, καὶ
προσαλαβὼν τὸν σεπφώραν, ὃν γαμαμήκει τῷ ῥα- E
γουήλ θυγατέρα, καὶ τοὺς ἐξ αὐτῆς παῖδας γήρ-
σον καὶ ἐλεάζαρον, ὥρμησεν εἰς τὸν αἴγυπτον. τῷ
δ' ὀνομάτων τούτων γήρσος μὲν σημαίνει κ' ἑβραίων
δι' ἀλλότριον, ὅτι εἰς ξένην γῆν, ἐλεάζαρος δ', συμμά-
χω τῷ παρόντι θεῷ χρησάμενον αὐτὸν αἰγυπτίους δι' α-
φυγεῖν. γιγομένων δ' αὐτῷ πλησίον τῷ ὀρῶν ὁ ἀ-
δελφὸς ἀαρὼν ὑπεμύησεν τῷ θεῷ κελεύσαντος, ὃς
ὃν ἀποσημαίνει τὰ ἐν τῷ ὄρει συντυχόντα καὶ τῷ F
θεῷ τὰς ἐντολάς. προσῆσι δ' αὐτοῖς ὑπεμιτάζον
ἑβραίων οἱ ἀξιολογώτατοι τῷ παρουσίαν αὐτῷ με-
μαθηκότες, οἷς μωϋσῆς τῷ σημείων, ἐπεὶ πιθανὸς
ἐκ ἦν, παρέσχεν τῷ ὄψιν. οἱ δ' ἐπ' ἐκπλήξεως
τῷ ὡδὰ δόξαν αὐτοῖς γιγομένων ἀνεθάρσουν, καὶ
ὡδὶ τῷ ὅλων ἦσαν ἐλπίδες ὡς θεῷ προνομένου
τῆς ἀσφαλείας αὐτῷ. ἐπεὶ δ' καταπειθεὶς εἶχεν
ἤδη τοὺς ἑβραίους ὁ μωϋσῆς, κ' οἷς ἀν κελεύσῃ τού-
τοις ἀκολουθήσειν ὁμολογουμένους, καὶ τῆς ἐλευθε-
είας ἐρῶντας, ὡδαγίνεται πρὸς τὸν βασιλέα τῷ ἡ-
γεμονίαν νεωστὶ παρειληφότα, κ' ὅσα τε ὠφελήσαιεν
αἰγυπτίους ὑπὸ ἀθύμων κακοφερομένους, κ' ἁρπα-
ζομένης αὐτῷ τ' χώρας ἐθνῶν, στρατιᾷ κ' πόνοις χρη-
σάμενος ὡς ὡδὶ οἰκείων. τὰς δ' κινδύνων ὅλη τούτοις ὑπ'
αὐτῷ ἀμοιβὰς ⁊ δικαίας κομιζόμενος ἀπεδίδρασκεν.

vt virga in terrã proiecta fidem promissorum acciperet. quo facto, draco humi repebat, & in spiras se conuoluens caput erigebat quasi repugnaturus si quis insequeretur: ac mox denuò in virgam est mutatus. post hoc manum in sinũ mittere iussus cùm paruisset, albam & colore calci similem exemit, quæ mox in pristinũ colorem rediit. iussus deinde aquam è propinquo hausta humi effundere, vidit in colorem sanguineum versam. Ad hæc stupentem vt confidat hortatur, cùm sciat maximum sibi adiutorẽ affore. vtque apud omnes his prodigiis vtendo fidem illis faciat à Deo se missum, eiúsque iussu omnia facere. iret sine cunctatione, & festinus in Ægyptum properaret, neque die neque nocte iter intermittendo, néve diu tempus terendo longiorem Hebræis seruitutem & afflictionem redderet. Moyses autem nihil amplius dubitans de promissionibus, quarum certitudinem tot argumentis auditis & visis satis colligebat, precatus vt eandem potentiam in Ægypto, cũ exerta opus fuerit, experiretur: supplex illud etiam rogabat vt quem conspectu ac colloquio suo dignatus fuerat, ei nomen quoque suum volens ac libens indicaret, vt rem diuinã illi aliquando facturus nominatim eum ad sacrificium inuocare posset. tum Deus aperit ei suum nomen, numquã antea hominum vlli auditũ aut cognitũ, quod mihi eloqui nec ius nec fas esse arbitror. Moyẽ verò non tunc tantùm, sed quotiescunq; opus esset talium prodigiorũ facultas aderat, atque ita nihil dubitans de oraculi ex igne redditi veritate, déque Dei adiutoris fauore, magnam spẽ concepit fore vt tãdem & sui liberarentur, & Ægyptij insigni aliqua clade afficerentur. Cúmq; cognouisset Pharaothem Ægyptiorum regẽ sub quo ipse fugerat, esse defunctũ, à Raguele commeatum rogat, vt salua eius pace ac gratia liceat sibi in Ægyptum ob publicam cognatorum ac tribulium suorum vtilitatem proficisci. quo impetrato & assumpta quam ibi duxerat Raguelis filia, liberísque communibus, Gersõ & Eleazaro, iter in Ægyptum arripuit: quorum nominum prius peregrinum significat, posterius, Dei auxilium, quòd diuina ope insidias Ægyptiorum euasisset. cúmque iam non longè à limitibus abessent, Aaron frater venit obuiam Deo sic iubente: cui mox indicauit quicquid in monte viderat, & omnia mandata quę diuinitus illic acceperat. mox vlterius progressus obuios inuenit præstantissimos quosque Hebræorum, qui aduentum eius præsensérant: & mox ne quid amplius de fide Moysis dubitarent, prodigia diuinæ voluntati attestantia sunt eis ob oculos exhibita: quibus præter omnem opinionem visis attoniti, sperare iam cœperunt prouidentiam Dei securitati illorum & incolumitati non defuturam. Atque ita obsequentiores nactus Hebræos, & in potestate ipsius se futuros pollicentes, accensos nimirum libertatis amore, ad nouum regem se confert. Ibi post- *Exod. 5. 7.*
eaquam commemorasset operam suam pro Ægyptiis contra Æthiopas contemptim agros eorum vastantes nauatam, labóréque exhaustos dum non aliter quàm pro suis popularibus bellum administraret, adiicit malam gratiam pro tot beneficiis sibi redditam. oraculum deinde in Sina monte acceptum re-

XIII.

gi aperit nec non prodigia quibus de voluntate Dei confirmatus omnem hæsitationem posuerit, singillatim enumerat. addit deinde preces ne per incredulitatem Dei decretis obstaculo esse velit. cæterùm cùm à rege contemptim audiri se animaduerteret, exhibet illi speciem prodigiorum quæ in Sina viderat. Rex verò iratus sceleratum eum appellat, qui Ægyptiorum olim fugitiuus, nunc magicis præstigiis instructus ad reliquos decipiendos venerit. Habere se quoque sacerdotes qui eadem ostenta repræsentare possent, non minùs peritos huiusmodi artium: nec esse cur se Moyses iactare debeat, quasi solus diuina præ cæteris virtute polleat, atque ita apud rudem multitudinem quasi supra mortalem conditionem positus se venditet: confestimque cùm & ipsi suas virgas proiecissent, in dracones sunt versæ. Tum Moyses nihil his motus, ne ipse quidem, inquit, ignoro aut contemno artes Ægyptiorum, attamen quæ ego operor, tanto præstantiora esse aio, quàm illorum magiam, quanto interuallo res diuinæ humanas post se relinquunt. iámque manifestè declarabo non esse hæc præstigias veritatis specie parum cautis imponentes, sed ipsissimam Dei virtutem, argumentum omnipotentis illius voluntatis apud incredulos futuram: & cum dicto virgam in terram mittit, iubens vt fiat draco, quæ mox dicto parens Ægyptiorum virgas quæ draconum specie reptabant, vnam post aliam aggressa omnes ad vnam deuorauit. ac mox in pristinam speciem reuersam Moyses rursum sustulit. Rex autem ad indignationem magis quàm admirationem hoc facto commotus, cum nihil acturum respondisset, neque quicquam Ægyptiacis artibus profecturum, mandat operarum exactori qui Hebræis erat præpositus, vt de labore nihil eis remittat, sed grauioribus etiam quàm antea operum difficultatibus premat. at ille prius paleas eis ad lateres fingendos præbere solitus, posthac id facere desiit: sed interdiu detentos in opere noctu ad comportandas paleas dimittebat, pristini laboris onus conduplicaturus. *Exod.6.* Moyses autem neque minis regis à proposito deterrebatur, neque assiduis suorum querelis vt à cœpto desisteret vel minimum flectebatur: sed obfirmato contra vtrunque animo, in hoc totus erat, vt suos in optatissimam libertatem restitueret. Itaque denuo regem accedit, suadens vt dimittat Hebræos in Sina montem, illic Deo sacrificaturos. hoc enim ipsum iussisse, nec posse quenquam eius voluntati resistere. quapropter dandam operam ne fauorem eius contemnere videatur, vtque populo potestatem exeundi faciat, ne fortè contrà mollendo posthac culpam in se transferat, si quid ipsi tale acciderit, qualia Dei voluntati resistentibus euenire solent. Nam necessariò calamitates eos comprehendere; qui diuinam iram in se prouocauerint: & tum terram tum aërem illis infestum existere, tum procreationem filiorum parum feliciter procedere, elementis etiam ad vindicandum in eos concitatis. atque hæc mala non posse euitare Ægyptios, etiamsi Hebræos regionem eorum exire contingat, nisi hanc profectionem bona pace ipsorum impetrauerint.

τὰ τε κατὰ τὸ σινᾶον ὄρος αὐτῷ συντυχόντα, καὶ τὰς τοῦ θεοῦ φανὰς καὶ τὰ πρὸς πίστιν ὧν ἔδει αὐτῷ προσάξειν ὑπ' αὐτοῦ διειλεγθέντα σημεῖα καθ' ἕκαστον ἐξετίθετο. παρεκάλει τὸ μὴ ἀπιστοῦντα τούτοις ἐμποδὼν ἴσασθαι τῇ τοῦ θεοῦ γνώμῃ. χλευάσαντος δ' τοῦ βασιλέως μωϋσῆς, ἔργῳ παρεῖχεν αὐτῷ βλέπειν τὰ σημεῖα τὰ κατὰ τὸ σινᾶον ὄρος γιγόμενα. ὁ δ', ἀγαναπτήσας πονηρὸν μὲν αὐτὸν ἀπεκάλει, καὶ πρότερον φυγόντα τὴν παρ' αἰγυπτίοις δουλείαν, καὶ νεῦ ἐξ ἀπάτης αὐτοῦ τὴν ἄφιξιν πεποιημένον, καὶ τερατουργίας ⸂μαγείαις⸃ καταπλήξειν ὑπηκεχειρικότα. καὶ ταῦθ' ἅμα λέγων, τοῖς ἱερεῦσι τοὺς αὐτοὺς ὄφεις αὐτῷ ὀφθῆναι ὁρᾶν, ὡς αἰγυπτίων σοφῶν ὄντων καὶ τὴν περὶ τούτων ὑπεκμέλειν, καὶ ὅτι μὴ μόνος ἔμπειρος ὢν αὐτὸς εἰς θεὸν δικαιᾶται. τὸ γὰρ ἐπ' αὐτῷ φανὲν δόξαν ἀναφέρων, πιθανὸς ὡς παρ' ἀπαιδεύτοις ὑπάρχειν. ⸂θερμούθιον⸃ δὲ ἐκπλαγέντες ἦσαν. μωϋσῆς δ' οὐ καταπλαγείς, ἀλλ' αὐτὸς μέν, εἶπεν, ὦ βασιλεῦ, τῆς αἰγυπτίων σοφίας καταφρονῶ. τόσῳ μέν τοι κρείττονα τὰ ὑπ' ἐμοῦ πραττόμενα τούτων μαγείας καὶ τέχνης φημὶ, ὅσῳ τὰ θεῖα τῶν ἀνθρωπίνων διαφέρει. δείξω δ', ἃ κατὰ γοητείαν καὶ πλάνην ἀλλοῖς δόξης τάμοὶ, καὶ θεοῦ πρόνοιαν καὶ δύναμιν φανόμενα. καὶ ταῦτ' εἰπὼν μεθίησιν ὅπὶ τῆς γῆς τὴν ῥάβδον, κελεύσας αὐτὴν εἰς ὄφιν μεταβαλεῖν. ἤδη δ' ἐπεπόητο καὶ τῶν αἰγυπτίων ῥάβδων οἱ δεξάμενοι ἑκάστη προσιοῦσα κατήσθιεν, μέχρι πάσας ἀπώλεσεν. εἶτ' εἰς τὸ αὐτῆς σχῆμα μεταπεσοῦσαν νομίζεται μωϋσῆς. ὁ δὲ βασιλεὺς ὀργήν τι μᾶλλον τούτῳ πραχθέντι καταπλήττεται. προσορμηθεὶς δ' ⸂μηδὲν⸃ αὐτῷ προχώρησεν εἰπὼν ἐκ τῆς κατ' αἰγυπτίων σοφίας καὶ δεινότητος, κελεύει τὸν ὅπὶ τῶν ἑβραίων τεταγμένον μηδὲ μίαν αὐτοῖς ἄφεσιν παρέχειν τοῦ πονεῖν, ἀλλὰ πλείοσι τοῖς πρότερον κακοῖς αὐτοὺς καταναγκάζειν. ὁ δ', ἀρχὴν αὐτοῖς παρέχων εἰς τὴν πλινθείαν πρότερον ἐκ ἔτι παρεῖχεν. ἀλλ' ἡμέρας μὲν ὅπὶ τοῖς ἔργοις ταλαιπωρεῖν ἐποίει, νυκτὸς δ' συνάγειν τὸ ἄχυρον, ⸂τὸ δεινὸν διπλασίου⸃ αὐτοῖς καὶ τῆς ταλαιπωρίας δι' ἐκείνων χαλεπωτέρας γιγνομένης. ὁ δὲ οὔτε πρὸς τὰς τοῦ βασιλέως ἀπειλὰς ἔκαμνεν, οὔτε πρὸς τὰς τῶν ἑβραίων μέμψεις ἐνεδίδου. τὴν τε ψυχὴν ῥᾳδιοπαθῆ πρὸς ἑκάτερον ὅπὶ τὸ πονεῖν καὶ τοῖς οἰκείοις ἐκπορίζειν τὴν ἐλευθερίαν ὑπῆρχεν. καὶ προσιὼν πρὸς τὸν βασιλέα ἐπειθεν αὐτὸν ἀπολύειν τοὺς ἑβραίους ὅπὶ τὸ σινᾶον ὄρος, ἐκεῖ θύσοντας τῷ θεῷ, τοῦτο γὰρ αὐτὸν κεκελευκέναι, καὶ μηδὲν ἀπιστεῖν οἷς ἐκείνος βούλεται. τὴν δ' ὀργὴν αὐτοῦ πρὸς παντὸς ποιουμένου συγχωρεῖν αὐτοῖς τὴν ἔξοδον, μή τι λάθῃ τούτων κωλυτὴς γιγόμενος αὐτὸν ἀπαδόσασθαι πάντων ὅσα παθεῖν εἰκὸς τὸν ἀπιστοῦντα θεοῦ προστάγμασιν. τοῖς δὲ χαλεπῶς αὐτοὺς κινήσασι θεῖον ἐξ ἁπάντων φύεσθαι τὸ δεινά. ⸂ἔστι γὰρ⸃ τούτοις, ἔστε μὲν φίλοις, ἔστε γοναὶ τέκνων καὶ φύσιν, ἀλλ' ἐχθρὰ πάντα καὶ πολέμια. πεισθῆναί τε τούτων αἰγυπτίους ἔφασκεν, μετὰ τὸ καὶ τοὺς ἑβραίων λαὸν ἐκπεπλῆσθαι ἐκ τῆς χώρας αὐτῶν, ἀκόντων ἐκείνων.

τῷ

τῶ ϗ βασιλέως ἐπφαυλίζοντος τοῖς μωϋσέως λό- A
γοις, ☾ μηδὲ μίαν ὅλη τροφὴν ἔτι ποιουμένω, πάθη
δεινὰ τοῖς ἀγυπτίοις κατελάμβανεν. ὧν ἕκαστον ἐκθή-
σομαι, ὁρᾷ τε τὸ μὴ φρότερον πιστὰ συμβαίνοντα τότε τοῖς
αἰγυπτίοις εἰς πεῖραν ἐλθεῖν, καὶ ὁρᾷ τὸ βέλεσθαι μωϋ-
σεῖ μηδὲν ὧν προεῖπεν αὐτοῖς ψευσάμενον ὑποδεῖ-
ξαι. καὶ ὅτι συμφέρει τοῖς ἀνθρώποις, μαθεῖσιν φυ-
λάττεσθαι αὐτὰ ποιεῖν ἐφ' οἷς μὴ δύσαρεστηθῇ τὸ
θεῖον, μήθ' εἰς ὀργὴν προεξαπένεγκαμένην τῆς ἀ- B
δικίας αὐτούς. ὁ γὰρ ποταμὸς αὐτοῖς αἱματώδης θεοῦ
κελεύσαντος ἐρρύη, πίνεσθαί τε μὴ δυναμένοις, καὶ
πηγὴν ἑτέραν ὑδάτων ἐκ ἔχουσιν. οὐχὶ ϗ τοῖς
χρῶσι μόνον τοῦτο, ἀλλὰ καὶ τοῖς προσιοῦσιν
ἀλγήματα ☾ πικρὰν ὀδύνην προσέφερεν. ὧν ϗ
τοιοῦτος μὲν αἰγυπτίοις, ἑβραίοις ϗ γλυκὺς καὶ πο-
τιμος, καὶ μηδὲν τῆ κῆ φύσιν παρηλλαγμένος.
ὑφ' οὗ τὸ προσδόξον ἀμηχανήσας ὁ βασιλεὺς, καὶ
δείσας πρὸς τὴν αἰγυπτίων, συνεχώρει τοῖς ἑβραίοις C
ἀπέναι. καὶ τῆ κακοῦ λωφήσαντος, πάλιν τοῖ γνώ-
μην μετέβαλεν, ἐκ ὑπιέπων τοῖ ἔξοδον αὐτοῖς.
ὁ ϗ θεὸς ἀγνωμονοῦντος, καὶ μετὰ τοῖ ἀπαλλα-
γὴν τῆς συμφορᾶς, ἐκ ἔτι σωφρονεῖν ἐθέλοντος, ἄλ-
λως τοῖς αἰγυπτίοις ὑπιφέρει πληγήν. βατράχων
πλῆθος ἄπειρον τοῖ γῆν αὐτῆ ἐπεβόσκετο. μεσὸς
ϗ τούτων καὶ ὁ ποταμὸς ἦν, ὡς ὀλέμενομένους τὸ πο-
τὸν τῆ τῶν ζώων ἰχῶσι κεκακωμένον λαμβάνειν, ἀπο- D
θνησκόντων κ σωδιαφθειρομένων τῶ ὕδατι. ἥτε
χώρα μεστὴ κακῆς ἦν ἰλύος, ῥυομένων τε κ
ἀποθνησκόντων, τάς τε κατ' οἶκον αὐτῆ διάτας
ἠφάνιζον ἐν βορβόροις δυσιπόμενοι καὶ πόροις, ☾ τοῖς
δυναῖς αὐτῆ ὑπιπολάζοντες. ὡς τε χαλεπὴ ἦν ☾
δυσώδης ἀποθνησκόντων τῆ βατράχων κ ἐν αὐτῆ
διεφθαρμένων. ὑπὸ δὲ τούτων τῆ κακῶν ἐλαυνο-
μένων τῆ αἰγυπτίων, τὸν μωϋσῆν ἐκέλευσεν ὁ βα-
σιλεὺς οἰκέσθαι τοῖς ἑβραίοις λαβόντα. καὶ ὠδυχρὲ- E
μα τοῦτ' εἰπόντος ἠφάνιζο τῆ βατράχων τὸ πλῆθος,
☾ ἥτε γῆ ☾ ὁ ποταμὸς εἰς τοῖ ἰδίαν φύσιν κατέσ-
σαν. φαρὰώθης ϗ ἅμα τῶ πάθους ἀπηλλακτο ἡ γῆ,
καὶ τῆς ἁρπάς ἐπελέλησο, ☾ τοὺς ἑβραίους κατεῖχεν. καὶ
ὥσπερ πλειόνων παθημάτων φύσεις βελόμενος μα-
θεῖν ἐκ ἔτι ἐφίει τοῖς πρὸ τὸν μωϋσῆν τὴν ἔξοδον,
φόβῳ μᾶλλον ἢ φρονήσει ταύτῃ αὐτοῖς ὑπιέπων.
πάλιν οὖν ἄλλου κακοῦ προσβολῆ μετίει τὸ θεῖον F
αὐτῆ τοῖ ἀπάτῃ. φθειρῶν γὰρ τοῖς αἰγυπτίοις ἐξώ-
θησεν ἄπειρόν τι πλῆθος ἔνδον ἀναδιδομένων, ὑφ' ὧν
κακοὶ κακῶς ἀπόλλυντο, μή τε λυρῶσι μή τε χρίσε-
σι φαρμάκων ὁραφθεῖραι τὸ ῥυὲν αὐτῆ δυναμένοι.
☾ προς τοῦτο τὸ δεινὸν ὁ τῆ αἰγυπτίων βασιλεὺς τα-
ραχθεὶς, καὶ δείσας ὁμοῦ τὸν ὄλεθρον τῶ λαῶ, ☾
τοῖ αἰχμῇ ϗ τῆς ἀπωλείας λογισάμενος, ἐξ ἡ-
μίσους ὑπὸ φαυλότητος ἰωαγκάζετο σωφρονεῖν. τοῖς
μὲν γὰρ ἑβραίοις αὐτοῖς ἐδίδου τοῖ ἔξοδον. κ προς
τοῦτο ☩ πάθους λωφήσαντος, τέκνα ☾ γυναῖκας ὅμηρα
τῆ ὑποστροφῆς αὐτῆ καταλιπεῖν αὐτὸς, ἠξίου προσε-
ξαιρεῖσθαι δὴ τ θεὸν νομίσας ἀπατήσειν αὐτῆ τ προ-

Rege verò nihili faciente verba Moysis, neque vel tantillum ad eius preces aduertente, grauissima mala in Ægyptios incubuerunt: quæ singulatim recensebo tum propter eorum nouitatem, tum vt eo magis appareat non vanas fuisse vatis nostri prædictiones: postremò quia hominum interest talia cognoscere, quo magis ea caueant, quibus irritatus Deus ad infligendas pœnas commoueri solet. Primùm amnis sanguineis *Exod.7.* fluentis prolabens, ad potus inopiam eos redegit, cùm præterea nullum fontem habeant. nec coloris tantùm id erat vitium, sed si quis siti coactus gustaret, confestim acri dolore corripiebatur: erátque talis Ægyptiis solis, Hebræis verò dulcis ac potabilis, & omnino pristinam naturam retinens, quo miraculo rex inops consilij, timens incolumitati gentis, permisit Hebræos abire. cúmque malum cessasset, rursum ad pristinam mentem rediit, sententiam suam reuocans. Deus autem motus hominis ingratitudine, qui nec à periculo liberatus vellet sapere, aliam *Exod.8.9.* plagam Ægypto infligit. Ranarum vis immensa terram eorum populabatur, refertus erat & fluuius, vt aqua inde non nisi sanie harum viciata hauriri posset, immorientibus earum plerisque & imputrescentibus. plena erat & terra turpi limo ex quo enascebantur, rursúsque in eundem resoluebantur: quin & domesticum victum fœdabant in esculentis atque poculentis nusquam non repertæ: & in cubilibus quoque passim oberrantes: ita vt omnia fœterent putore è ranis mortuis exhalante infecta. His malis cùm exagitarentur Ægyptij, rex iubet Moysen cum Hebræis abire quò velit: & quamprimum hoc dixit, euanuerunt ranæ, terráque simul & flumen in pristinam naturam sunt restituta. vix dum hoc malum cessauerat, cùm Pharaothes denuò mutatus, priorum oblitus retinere populum cœpit: & quasi aliarum etiam afflictionum naturas experiri vellet, negabat exitum quem prius concesserat timore magis compulsus quàm ex animi sui sententia. Rursum igitur Deus alia clade in hominem fraudulentum vindicat. pediculorum enim magna vis è corporibus Ægyptiorum scatebat, à quibus mali malè perdebantur, neque lauacris neque medicamentorum inunctionibus extinguere eos valentes, Qua noua peste turbatus rex, & non magis ipso periculo quàm eius fœditate ac turpitudine territus, nequam cùm esset, ægrè dimidiata ex parte resipuit. Hebræis enim exire permissis, ac mox malo cessante, liberos & vxores reditus obsides ab eis exigebat. quo facto magis etiam Deum exasperat, putans se prouidentiam eius circumuenire posse, quasi Moyses & non potius Deus pœnas de Ægyptiis Hebræorum oppressoribus sumeret. Varias ergo & multiformes bestiolarum species immittit, quales nemo ante eam diem vnquam viderat, tan-

ta copia, vt tota regio malo hoc replereturr: præ A quarum frequentia & homines plurimi extinguebantur, & terra nullo pacto coli poterat: & qui præsentaneum exitium euadebant, infecti tamen earum veneno à morbis corripiebantur. Rege verò ne tum quidem resipiscente vt voluntati diuinæ cederet, sed mulieres quidem cũ viris dimittente, pueros verò retinere volente, non defuerunt Deo variæ prioribus etiam grauiores pœnæ, quibus obregis malitiam in vniuersam gentem seuerè animaduerteret: sed B exulceratis intus in cute corporibus miserabilem in modum non mediocris numerus absumebatur. Et cùm ne sic quidem rex resipisceret, grando nunquam antè in Ægyptio cœlo visa, tunc verò maior quàm apud alios hiberno tẽpore, aut in septentrionali regione, vere iam adulto supernè ruens omnes eorum fructus cõtriuit: & si quid intactum grando reliquit, nubes locustarum superuenientes ita absumpserunt, vt fructuum colligẽdorum spes Ægyptiis C omnibus omnino sit adempta. Quod si rex stultus tantùm, & non etiam malus fuisset, poterat vel iam dictis cladibus admonitus resipiscere, vt tandem de aliquo tot malorum remedio cogitare inciperet. at Pharaothes tametsi non ita insaniebat vt causam non intelligeret, tamen tanta malitia pectus eius obsederat, vt adduci nullo modo posset quin Deo quasi per contentionem repugnare, & in publica cõ- D moda sciens volénsque peccare pergeret. itaque tandem Hebræis pueros etiam vnà cum mulieribus concedit, sed iussis vt bona sua Ægyptiis tanquam prædam relinquerent, eo quòd ex ipsorum bonis nihil post tot calamitates superesse conquerebantur. Moyse verò negante æquum postulari, alloqui non habituros vnde sacrificarent, atque hac controuersia diutius durante, tam densæ tenebræ omnisque E luminis expertes Ægyptiis sunt circunfusæ, vt prospectu in vniuersum priuati alij alio casu absumerẽtur, illo quoque metu imminente, ne fortè penitus ab ea caligine absorberentur. deinde his discussis, post tres dies ac totidem noctes, cùm nondum flecteretur Pharaothes vt liberum exitum permitteret, his verbis eum Moyses aggreditur, Quousque repugnabis Dei voluntati, qui omnino vult ac iubet Hebræos dimitti, nec est aliud præter hoc remedium ad- F uersus mala quibus affligimini? Rex verò iratè ferens hanc dicendi libertatem, minatus est eũ capite plectendum, si posthac de hac re molestus esse pergeret. Respondit Moyses, se non amplius hac de causa verba facturũ, sed ipsum cum optimatibus Ægyptiis vltrò Hebræos rogaturum, vt quamprimum inde proficiscantur, atque his dictis abiit. Deus autem cum decreuisset adhuc vna plaga ictos Ægyptios cogere ad dimittendos Hebræos, iussit Moysen edicere populo vt paratum habeant sacrificium, præ- G paratum tertiadecima Xanthici mensis in quartamdecimam, qui apud Ægyptios Pharmuthi vocatur, idem Hebræis Nisan, & Macedonibus Xanthicus: vtque ipse Hebræos ducat omnia sua secum portantes. ille verò instructos prius ad profectionem, & per sodalitia distributos in vno loco continebat.

Exod. 10. 11. 12.

κὴ ἡ γῆ τῆς ὀπωρελείας τῆς ὅλης τῆ γεωργῶν ἀπεστέρησε. εἰ δέ τι κὴ διέφυγε τὸν ὑπ' ἐκείνοις ἀπώλειαν, νόσῳ τοῦτο κὴ τῶν ἀνθρώπων ὑπομενόντων ἐδαπανᾶτο. τῇ γ' φαραώθου μηνὶ ἔτους εἰκοντος τοῖς τοῦ θεοῦ βελήμασιν, ἀλλὰ τὰς μὲν γυναῖκας συναπαίρειν τοῖς ἀνδράσιν ἀξιοῦντος, καταλίπεσθαι δ' τὰς παῖδας, ἐκ ἠπόρει τὸ θεῖον τὸν πονηρίαν αὐτῶ ποικίλοις κακοῖς ἔτι μείζοσιν ἐμπεδημηκόσι μετερχόμενον βασανίσαι. ἀλλὰ γὰ δεινῶς αὐτοῖς ἐξηλκωμένα τὰ σώματα τῶν ἐντὸς διαφθειρομένων, κὴ τὸ πολὺ τῆς ἀιγυπτίων ἔθνους ἀπώλλυτο. μηνὶ ὑπὸ ταύτης δ' τῆς πληγῆς σωφρονιζομένω τῶ βασιλέως, χάλαζα μήτε θερμοτέραν τῶ κατ' ἀιγυπτον αἴρος τοῦτο πεπονθότος, μήτε ὁμοία τῆ παρ' ἄλλοις ὥρᾳ χειμῶνος καταιγὶς, μείζων δ' τῆς πάντα τοῖς τὰ βόρεια κὴ τὸν ἀρκτον νεμομένοις ἔαρος ἀπομάζοντος κατενεχθεῖσα, τὰς καρποὺς αὐτῶν κατέκλασεν. ἑστιατα φῦλον ἀκρίδων ὀπνέμεται τὴν ὑπὸ τῆς χαλάζης μὴ καταβλαβεῖσαν ὠραν, ὥστε θεὸς ἀκρίβεις πάσας τοῖς αἰγυπτίοις τὰς ὑπὸ τ' γῆς τῶν καρπῶν ἐλπίδας διολέσαι. ἤρκει μὲν οὖν τὸν δίκα νοσοποιίας αἰτίαν κὴ τὰ θεσπισθέντα τῶν κακῶν εἰς σωτῆρα ἔτι τὸ συμφέροντος τὴν ὀπτικὴν ὠφελῆσαι. φαραώθης δ' ὅ τοσοῦτον ὑπὸ ἀφροσύνης, ὅσον ὑπὸ κακίας, αὐθάδης δ' ἀτίας, ὅμως αὐτεφιλονείκει τῶ θεῶ, κὴ τὸ κρεῖττονος ἐκὼν θεραπεύειν ἐβούλετο. κὴ κελεύει μὲν τὸν μωϋσῆν, μετά τε γυναικῶν ἀπαγαγεῖν τοὺς ἑβραίους. τὸν δ' λείαν αὐτοῖς καταλιπεῖν ἐφαρμόσης αὐτοῖς δ' οἰκείας. τὸ δ' μωϋσέως ὐχὶ δίκαια φήσαντος αὐτὸν ἀξιοῦν. δεῖν γὰ αὐτοὺς τῶ θεῶ τὰς θυσίας ἐκ δ' λείας ἐπενεγκεῖν. κὴ τελοῦμεν δι' ταύτην τὴν ἀτίαν τὸ χεῖρον, σκότος βαθὺ κὴ φέγγους ἄμοιρον θεσπεσίαν τοῖς αἰγυπτίοις, ὑφ' ᾧ τὰς τε ὄψεις ὑποκλειομένους ὑπὸ παχύτητος οἰκείως τε ἀποθνήσκειν, σωτήριον κὴ δεδίναι μὴ καταποθῶσιν ὑπὸ τοῦ νέφους. ἔστα τούτω διασκεδασθέντος, μετὰ ξεῖς ἡμέρας κὴ τοσαύτας νύκτας, ὡς ὅ μετανοεῖ θεὸς τὴν ἔξοδον τῶν ἑβραίων ὁ φαραώθης, θεσπελθὼν ὁ μωϋσῆς φησίν. ἄχει πότε ἀπειθεῖς τῇ τοῦ θεοῦ γνώμῃ; κελεύει γὰ σε ἀπολύειν τοὺς ἑβραίους, ἔτι ἐκ ἔστιν ἑτέρως ἀπαλλαγῆναι τῶν κακῶν ὑμᾶς μὴ ταῦτα ποιήσαντας. ὁ δ' βασιλεὺς ὀργισθεὶς ὅτι τοῖς θεσπεσιωτάτοις ἠπείλησεν αὐτῶ τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθῆναι, εἰ πάλιν θεῖ τούτων ἐνοχλῶν αὐτῶ θεσπέλθοι. μωϋσῆς δ' αὐτὸς ἐκ ἔτι ποιήσεσθαι θεῖ τούτων λόγους, ἔφησεν. αὐτὸν δ' ἐκεῖνον σὺ κὴ τοῖς πρώτοις τῶν αἰγυπτίων ὠνόμασεν τοὺς ἑβραίους ἀπελθεῖν. κὴ ὁ μὲν ταῦτ' εἰπὼν ἀπαλλάσσεται. ὁ δ' θεὸς δηλώσας ἔτι μιᾷ πληγῇ τοὺς αἰγυπτίους καταναγκάσειν ἀπολύσαι τοὺς ἑβραίους, ἐκέλευσε μωϋσεῖ ὠνόμασεν λαῷ θυσίαν ἑτοίμην ἔχειν, ὠνόμασεν ἐσόμενον τῇ ἑκκαιδεκάτῃ τοῦ ξανθικοῦ μηνὸς εἰς τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην. ὃς ὠνόμασε μὲν αἰγυπτίοις φαρμοῦθι καλεῖται, κεισὰν δ' παρ' ἑβραίοις. μακεδόνες δ' αὐτὸν ξανθικὸν θεσσαροράσιον. ἀπάγειν τοὺς ἑβραίους πάντα ὅπλομενομένους. κὴ ὁ μὲν ἑτοίμους ἔχων ἤδη τοὺς ἑβραίους θεὸς τ' ἔξοδον, τ διατάξας εἰς φρατρίας, ἐν αὐτῶ σωτῆχεν. ἑκτάσης δ' τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης, πάντες θεὸς ἔξοδον ἔχοντες, ἤθουν.

τῷ αἵματι τὰς οἰκίας ἤγνιζον, ὑσσώπῳ κόμας ἀναλαβόντες. καὶ δ ἥπτησαντες, τὰ λοιπὰ τῷ κρεῶν ἔκαυσαν, ὡς ἐξελδυσόμενοι. ὅθεν νεῶ ἔτι κῑ τὸ ἔθος ὕτως θύομεν, τὴν ἑορτὴν πάσχα καλοῦντες. σημαίνει δ ἁβρασία, δι' ὅτι κατ' ἐκείνην τ ἡμέραν ὁ θεὸς αὐτὲς ἁβρὰς αἰγυπτίοις ἐναπέσκηψεν τὸν νόσον. ἡ γὰρ φθορὰ τῶν πρωτοτόκων κατ' ἐκείνην ἔπεισε τ νύκτα τοῖς αἰγυπτίοις, ὡς συνελθόντας πολλοὺς τῶν περὶ τὸ βασίλειον διαπεμφθῆναι τῶν φαραώθη συμβεβλῆσθαι ἀπολύειν τοὺς ἑβραίους. κῑ μωϋσῆν καλέσας ἐκεῖνος ἀπέναι προσέταξεν, εἰ τ χώρας ἐξέλθοιεν παύσασθαι τὴν αἰγυπτον κακοπαθοῦσαν ὑπολαβών. δώρεις τε τοὺς ἑβραίους ἐτίμων, οἱ μὲν ἁβρ τ τάχιον ἐξελθεῖν, οἱ δ καὶ κῑ γλυκεῖαν τοῖς αὐτοὺς συνήθειαν. καὶ οἱ μὲν, ἐξίεσαν κλαίοντων καὶ μετανοούντων, ὅτι χρήσαιντο κακοπαθῶς αὐτοῖς τῶν αἰγυπτίων. τὴν δ πορείαν ἐποιοῦντο κῑ λητοῦς πόλιν ἔρημον οὖσαν ἐν τοῖς τότε. βαβυλὼν γὰρ ὕστερον κτίζεται ἐκεῖ, καμβύσου καταφθορόμενον τὴν αἴγυπτον. σωτόμως δ ποιούμενοι τὴν ἄφοδον εἰς βεελσεφῶντα χωρίον τεταγοι ὠδαλίνονται τ ἐρυθρᾶς θαλάσσης. μηδενὸς δ τῶν ἀπὸ τ γῆς δύποτε ὠνῆ τ ἐρημίαν, πεφυραμένους τοῖς ἀλδύξεσι καὶ πεπηγόσι μόνον ὑπὸ βραχείας θερμότητος τοῖς ἀπ' αὐτῶν ἄρτοις διεφέροντο. καὶ τότοις ὅπ τεσσαρακονθ' ἡμέρας ἐχρήσαντο. πλείονα γὰρ οὐκ ἐξήρκεσε χρόνον αὐτοῖς, ὅσα ἐκ τῆς αἰγύπτου ἐπεφέροντο, καὶ ταύτην τὴν ζωφὴν ταμιδυόμενοι, καὶ πρὸς ἀνάγκην ἀλλὰ μὴ πρὸς κόρον αὐτῆ χρώμενοι. ὅθεν εἰς μνήμην τῆς τότε ἐνδείας ἑορτὴν ἄγομεν ἐφ' ἡμέρας ὀκτὼ, τὴν τῶν ἀζύμων λεγομένην. τὸ μὲν οὖν πᾶν πλῆθος τῶν μεταναστευομένων γυναῖξιν ἅμα καὶ τέκνοις σκοποῦσιν οὐκ ἀριθμητὸν ἦν. οἱ δ στρατεύσιμον ἔχοντες ἡλικίαν ἑξήκοντα μυριάδες ἦσαν.

A illuceſcente verò quartadecima omnes ad exitum animati ſacrificabant, & ſanguine domos luſtrabant, aſperſas hyſſopo: & peracta cœna reliquias carnium exuſſerunt, tanquam exituri. vnde nunc quoque ſolemne manet nobis idem ſacrificium, quã feſtiuitatem vocamus paſcha. id tranſitum ſignificat, eo quòd Deus illa die præteritis illæſis Hebræis, Ægyptios morbo percuſſit. nam peſtis illa nocte abſumpſit primogenita Ægyptiorum, vt agminatim ad B regiam cõcurreretur à proximis, vociferantib⁹ non amplius detinendos Hebræos. tum rex accito Moyſe mandat vt abeant, ratus poſt eorum exitum regionem ceſſantibus calamitatibus ſubleuandam. donis etiam Hebræos honorabant, alij quò celeriùs diſcederent, alij propter vicinatis conſuetudinem. atque hoc pacto exitum eſt, flentibus Ægyptiis & pœnitentibus ob præteritam malam tractationem. Iter autem faciebant per Latopolim tunc deſertam: Babylon enim poſt eo loco eſt condita, Cambyſe C Ægyptum vaſtante. cúmque abeuntes iter ſtrenue continuarent, tertia die peruenerunt Beelſephontem ad rubrum mare ſitam. cúmque nihil per viam inuenirent propter ſolitudinem, macerata farina & modico calore in panis ſpeciem ſolidata ſe ſuſtentabant: quo victu per triginta dies ſunt vſi. neque enim plus commeatus Ægypto extulerant, atque eum ipſum parcè diſpenſabant ad neceſſitatem magis quàm ad ſatietatem, quapropter in memoriam eius inopiæ feſta per octo dies celebramus, quos vocamus azymorum. cæterum multitudo migrantium vnà cum liberis & vxoribus vix erat numerabilis, qui verò militarem ætatem habebant, ſexcentorum millium numerum explebant.

Κεφάλαιον ς'.

Ὡς μωυσέως αὐτοῖς ἡγουμένου τὴν αἴγυπτον ἐξέλιπον.

Cap. VI.

Quomodo Moyſe duce AEgyptum reliquerunt.

Κατέλιπον δ τὴν αἴγυπτον, μηνὶ ξανθικῷ, πέμπτῃ καὶ δεκάτῃ κῑ σελλουίου, μ' ἔτη τριακόντα καὶ τετρακόσια ἢ τ πρόγονον ἡμῶν ἄβραμον εἰς τ χαναναίαν ἐλθεῖν. ν' δ ἰακώβου μετανάστασεως εἰς τ αἴγυπτον ἡμιμύρης, διακοσίοις πρὸς τοῖς δεκαπέντε ἐνιαυτοῖς ὕστερον. μωϋσῆ δ γεγόνει μ' ἔτος ὀγδοηκοστὸν ἤδη. ὁ δ ἀδελφὸς αὐτῦ ἀαρὼν τεσσαράκοντα πλείοσιν. ἐνθυμούμενον δ κῆ τὰ τῦ ἰωσήπου ὀστᾶ, ταῦτ' ἐκείνῳ τοῖς ἰδίοις αὐτῦ καλύψαντος. αἰγύπτιοι δ ὅπ τοῖς ἑβραίοις ἐξελθοῦσι μετεπέσευν. καὶ τῦ βασιλέως δεινῶς φέροντος, ὡς κῑ ζημίαν τῦ μωϋσέως τότων γεγονότων ἐπ' αὐτοῖς, ἐγνώκασαν ἀπέναι. καὶ λαβόντες ὅπλα κῆ ὡδήγησαν, ἐλπίζοντες ὡς ἐπαναξοντες αὐτὲς, εἰ καταλάβοιεν. καὶ γὰρ ἐκεῖ αὐτὲς ἐντὸς εἶναι τῶ θεῶ τὴν δ ἔξοδον αὐτοῖς γεγονέναι. κρατήσειεν δ ῥᾳδίως αὐτῶν ὑπέλαβον, αὐόπλων τε ὄντων κῆ τὰ τ ὁδοιπορίας κεκοπωμένων. παρ' ἕκαστον δ ἀναπιμπλαμένους ἡ χωρήσεως ἐπάσπαστον τ δίωξιν, καίτοι χαλεπῆς ὕσης ὁδευθεῖσης τῆς γῆς, οὐ στρατοπέδοις μόνον, ἀλλὰ καὶ καθ' ἕνα. μωϋσῆς δ ταύτην τοῖς ἑβραίοις ἀπήγαγεν, ἵν' εἰ μετανοήσαντες οἱ αἰγύπτιοι διώκειν ἐθέλοιεν, τιμωρίαν τ πονηρίας καὶ ὠδαβάσεως τ ὁμολογημένων ἐπάσχοιεν,

D

E

Quomodo Moyſe duce AEgyptum reliquerunt.

RElinquerunt autem Ægyptum menſe Xanthico, luna quintadecima, anno quadringenteſimo trigeſimo poſtquam Abraham pater noſter in Chananæam venit: & poſt Iacobi migrationem in Ægyptum anno ducenteſimo decimoquinto. Moyſes verò annum tunc agebat octuageſimum, & frater eius Aaron triennio erat maior. deferebant etiam ſecum oſſa Ioſephi, ita vt filiis ſuis mandauerat. Ægyptios autẽ pœnituit quòd Hebræos dimiſiſſent: cúmq; rex præ cæteris hanc rem ægrè ferret, totum præſtigiis Moyſis imputans, decretum eſt vt in eos irruerent. & correptis armis reliquóque apparatu, perſequebantur, retracturi ſi poſſent aſſequi, non enim timendum ne Deus offendatur, cum ſam ſemel exitus illis ſit cõceſſus. ſperabant etiam facilè ſe in poteſtatem redacturos inermes & de via laſſos. itaque obuium quemque rogantes quà tenderent, raptim inſequebantur, tametſi per viam difficilem non ſolùm exercitibus, ſed expeditis quoque viatoribus. Moyſes autem hac Hebræos ideo duxit, vt ſi Ægyptij mutata ſententia perſequi eos vellent, pœnas malitiæ violatíque pacti perſoluerent;

Exod. 12.

XIIII.

néue Palæstini, quos ob veterem simultatem infensos habebat, de hac profectione certiores fieri possent. est enim illorum regio Ægypto contermina. quapropter omissa via quæ in Palæstinam ducit, per desertum via dispendiosa ac difficili voluit Chananæam inuadere: obitérque iuxta Dei mandata, in montem Sina populum sacrificaturum adducere. sed vbi ad rubrum mare peruentum est, ecce Ægyptiorum multitudo circonfusa in arctum eos compellit. aderant enim sexcenti currus cum equitum quinquaginta millibus, & ducenta millia scutatorum peditum. hi vias omnes obsederant, quibus effugium Hebræis patere poterat, inter rupes & mare conclusis, quo loco mons præ aspretis inuius ad littus vsque procurrit. atque ita ne fugæ quidem spe relicta Hebræos mare inter & montem obsidione premebant, oppositis armatis quà exitus in campos aperiebatur. in hac locorum iniquitate concluſi, cùm nec obsidionem præ inopia tolerare, nec exitum ad fugam inuenire possent, nec arma adessent etiamsi maximè pugnare cuperent, nihil superesse videbant nisi vt turpi deditione saluti consulerent: quo factum est vt Moysen incusarent, obliti prodigiorum quibus libertatem eis Deus significauerat; minimúmque aberat quin propheta lapidato, cõemptisque per incredulitatem pollicitationibus, deditione in pristinam seruitutem redirent. nam & lamentis mulierum ac puerorum exasperabantur, nihil nisi perniciem expectãtium, cum essent rupibus & mari & armatis circumcirca cinctis, nec vlla spes effugij relinqueretur: Moyses autem efferata licet cõtra se turba nulli succumbens difficultati non cessabat eis prospicere, Deo fretus, quem post tot libertatis præsagia probabile non erat permissurum vt aut deleretur, aut in potestatẽ inimicorum relaberentur. cúmque medius in concione constitisset, sic ad eos verba fecit. Si homo aliquis res vestras bene ac prudenter hactenus administrasset, oportebat & in posterum similem eius curam & diligentiam expectare: nunc postquã Deus ipse gubernandos vos suscepit, quantæ insaniæ fuerit eius opem non sperare, qui per me vltro vobis præstitit quicquid ad vestram salutem ac libertatem conferre videbatur? imò hæc ipsa difficultas & angustia magis vos ad sperandum accendere debuerat. ipse enim vos in arctum hunc locũm concludi voluit, vt ex tanta necessitate præter vestram æquè ac hostium opinionem seruaret, atque in hunc modum declararet, non solùm potentiam suã, sed fauorem etiam quo vos perpetuò prosequitur. non enim in paruis rebus Deus propitius auxilium afferre solet, sed tum potissimùm quando spei supereſt minimum. ergo huius ope freti, qui potest & ex paruis magna facere, & horum potentiam debilem reddere, ne terreamini Ægyptiorum apparatu, neque propter fugam mari & montibus impeditam animum desponderе. potest enim Deus & hos in planiciem & mare in terram vertere.

κὴ δ᾽ἀ παλαιςίνους δυσμενῶς ἔχοντας κ᾽ παλαιὰ ἀπεχθειαν ὄσαν ὁπωσοῦν ἐβελτίετο λανθάνειν ἀπερχόμενος. ὅμοιος γὰρ ὄςιν τῆ τ᾽ αἰγυπτίων χώρα. κὴ δ᾽ἀ τοῦτο, τ᾽ μ᾽ ἄγουσαν εἰς τ᾽ παλαιςίνην ὐκ ἀπήγαγε τὸν λαόν. ἀλλὰ δ᾽ἀ τ᾽ ἐρήμε πολλὴν ἀνύσας ὁδὸν ☪ κακοπαθήσας ἠθέλησεν ἐμβαλεῖν εἰς τ᾽ χαναναίαν, ἐπ᾽ ᾗ κὴ δ᾽ἀ τὰς ἐντολὰς τ᾽ θεῦ κελεύσαντος ἀγαγεῖν τ᾽ λαὸν εἰς τὸ σινᾶον ὄρος ἐκεῖ ποιήσοντας θυσίας. καταλαβόντες ᾗ τοὺς ἑβραίους αἰγύπτιοι εἰς μέχλιν παρεσκεύαζοντο, ☪ συνελαύνουσιν αὐτοὺς ὑπὸ πολυχειρίας εἰς ὀλίγον χωρίον. ἑξακόσια γὰρ αὐτοῖς ἅρματα εἵπετο σὺν ἱππεῦσι πεντακισμυρίοις, ☪ ὁπλιτῶν μυριάδες ἦσαν εἴκοσι. τάς τε ὁδοὺς ἀπεφράγνυσαν αἷς φεύξεσθαι τοὺς ἑβραίους ὑπελάμβανον, μεταξὺ κρημνῶν αὐτοὺς ἀποκλείσαντες κὴ τ᾽ θαλάττης ἀπολαμβάνοντες. πελούσῃ γὰρ εἰς αὐτὴν ὄρος ὑπὸ ξαχύτητος ὁδοῦ ἄπορον. κὴ φυγῆς ἀπολαμβανόμενοι τοιαύτῃ ἐν τῇ παρούσῃ τῇ πρὸς θάλατταν τὰ ὄρη τοὺς ἑβραίους ἀπέφραττον τῷ σταδίῳ κῆ σόμα τοῦτο ἱδρυσάμενοι, ὅπως τὴν εἰς τὸ πεδίον ἔξοδον ὦσιν αὐτοὺς ἀφηρημένοι. μή τ᾽ οὖν ὑπομένειν πολιορκημένων ζόπῳ δ᾽ἀ τ᾽ ἐνδειαν τ᾽ ὁπλιτείων δυνάμενοι, μήτε φυγῆς ἀπορείαν ὁρῶντες, ὅπλων τε ἀπανίζοντες εἰ κὴ μάχεσθαι δόξειεν αὐτοῖς, ἐν ἐλπίδι τὰ πάντα ἀπωλέσθαι καθιςήκεσαν εἰ μὴ ᾠδαδώσουσιν ἑαυτοὺς τοῖς αἰγυπτίοις ἐθελουσίους. κὴ τ᾽ μωϋσῆν ἠτιῶντο, πάντων ὀπλελησμένοι τ᾽ ἐκ θεῦ πρὸς τὴν ἐλευθερίαν αὐτοῖς σημείων γεγονότων, ὡς ☪ τ᾽ πρόσθεν παρορμῆσαι ☪ τὴν σωτηρίαν αὐτοῖς ἐπαγγελλόμενον, ὑπὸ ἀπιςίας λίθοις ἐθελῆσαι βαλεῖν, ᾠδαδόναι τε σφᾶς τοῖς αἰγυπτίοις διεγνωκέναι. πένθος τε ἦν κὴ ὀδυρμὸς γυναικῶν κὴ παίδων πρὸ ὀφθαλμῶν ἐχόντων τ᾽ ὄλεθρον, ὄρεσι κὴ θαλάττῃ πρεκεκλεισμένων ☪ πολεμίοις, καὶ φυγὴν ὐδαμόθεν ἐκ τούτων ὑπονοούντων. μωϋσῆς ᾗ καὶ περ ἀχριαίνοντος πρὸς αὐτὸν τ᾽ πλῆθος, ὅτ᾽ αὐτὸς ἐνέκαμνε τῇ πρὶ αὐτοὺς προνοίᾳ, κὴ τῆς θεᾶς κατεφέρνει. τά τε ἄλλα πρὸς τ᾽ ἐλευθερίαν αὐτοῖς ὅσα προεῖπεν παρεγενήθη, ☪ μηδ᾽ τότ᾽ αὐτὸς ἐάσοντος ὑπὸ τοῖς ἐχθροῖς γενομένους ἢ δουλεύειν ἢ ἀπολέσθαι. κὴ ςὰς ἐν μέσοις, ὐδὲ ἀνθρώποις εἶπεν καλῶς τὰ παρόντα πεπολιτευμένοις πρὸς ἡμᾶς δίκαιον εἶν ἀπιςεῖν, ὡς ὐχ ὁμοίοις ἐσομένοις πρὸς τὰ μέλλοντα. τ᾽ ᾗ τ᾽ θεῦ νῦν ἀπογνώσκειν ὑμᾶς προνοίας, μανίας ἔργον ἂν εἴη, παρ᾽ ἧ πάνθ᾽ ὑμῖν ἀπλώτηκεν, ὅσα δι᾽ ἐμοῦ πρὸς σωτηρίαν καὶ τὴν ἀπαλλαγὴν τ᾽ δουλείας, ὐδὲ προσδοκῶσιν ὑπέχεθ. μᾶλλον ᾗ χρὴ ἐν ἀπόροις γεγυμνασμένους εὐθὺς ἐλπίζειν τὸν θεόν. ἐ κὴ τὸ νεῦ εἰς ταὐτὸν ἡμᾶς προκεκλεῖσθαι τ᾽ δυχωρίαν ἔργον, ἵν᾽ ᾗ ἐξ ἀμηχανίων ὅτε ἓν᾽ αὐτοὶ νομίζετε σωτηρίαν ἕξειν ἓν᾽ οἱ πολέμιοι, ὁ ἐκ τούτων ρυσάμενος τὴν τε ἰσχὺν ὑπεδείξηται τ᾽ ἑαυτῆ ☪ τὴν πρὸς ἡμᾶς προνοιαν. ἐ γὰρ ὑπὲ μικροῖς τὸ θεῖον τὴν ἑαυτῆ συμμαχίαν ὄσαν δίνοιτο δίδωσιν, ἀλλ᾽ ἐφ᾽ οἷς ἀνθρωπίνην ἐλπίδα μὴ βλέποι πρὸς τὸ χρεῖττον παροῦσαν. ὅθεν τοίνυν βοηθὸς πεπισμένοι, ᾧ δύναμις ☪ τὰ μικρὰ ποιῆσαι μεγάλα, κὴ τῆς τηλικούτων ἀσθενειαν καταψηφίσασθαι, μὴ καταπεπλήχθαι τὴν αἰγυπτίων ᾠδασκὴν. μήσ᾽ ὅτι θάλασσα κάθοπιν ὑμῖν, ὁρᾶτε φυγῆς ὁδὸν ἐ παρέχοντα, δι᾽ ἃ τοῦτ᾽ ἀπογνώσκετε τ᾽ σωτηρίας. γένοιτο γὰρ ἂν κὴ ζῶν᾽ ὑμῖν πεδία τ᾽ θεῦ θελήσαντος κὴ γῆ τὸ πέλαγος.

Κεφά-

A

Κεφάλαιον ζ.

Ὡς ἡ θάλασσα τοῖς ἐβραίοις διωκομένοις ὑπὸ τῶν αἰγυπτίων διαπορεῖται, φυγὴν δὲ αὐτοῖς παρέχει.

Τοσαῦτα εἰπὼν ἤλαυνε αὐτοὺς ὁρῶντας τοὺς αἰγυπτίους ὁρώντων. ἐν ὅπλοις γὰρ ὄντων, καὶ τῷ πόνῳ τῷ διωγμῷ βεβαρημένοι πρὸς τὴν ὑστεραίαν τὴν μάχην ἀναβάλλεσθαι, καλῶς ἔχειν ὑπελάμβανον. ἐπεὶ δὲ πρὸς τῷ ἅλματι μωϋσῆς ἐγένετο, λαβὼν τὴν βακτηρίαν θεὸν ἱκέτευε, καὶ σύμμαχον καὶ βοηθὸν ἐκάλει λέγων. σὺ γὰρ αὐτὸς μὲν ἀγνοεῖς ὅτι φυγεῖν ἡμῖν ἐκ τῶν παόντων, ἔστε καὶ ῥώμην ἔστε κατ' ὀλίγον ἐστὶν ἀνθρωπίνη. ἀλλ' ἤδη πανταχόθεν σωτήριον στρατὸν τῷ καὶ τὴν σὴν βάλησιν ἀφέντι τὴν αἴγυπτον σὸν ὀξὺν ἐκποιεῖσθαι. ἡμεῖς τε ἄλλην ἀπεγνωκότες ἐλπίδα καὶ μηχανὴν, εἰς τὴν ἀπὸ σοῦ μόνην καταφεύγομεν. καὶ εἰ πω δὴ καὶ σῆς προνοίας ἔλθοι ἁρπάσαι τῆς αἰγυπτίων ὀργῆς ἡμᾶς δυνάμενον ἀφορῶμεν. ἀφίκοιτο ὅτι τάχους τὴν σὴν ἐμφανίζον ἡμῖν δύναμιν. καὶ τὸν λαὸν ὑπὸ ἀνελπισίας καταπεπτωκότα πρὸς τὸ χεῖσθαι, ἀνάστασον εἰς εὐθυμίαν, καὶ τὸ πρὸ τῆς σωτηρίας θάρσος. ἐν ἐκ ἀλλοζύοις δὲ ἐσμὸν τοῖς ὑπόσοις. ἀλλὰ σὺ μὲν ἡ θαλάσσα, σὸν ὂν τὸ πρόκλειστον ἡμᾶς ὄρος. ὡς ἀνοιγῆναι μὲν τοῦτο σοῦ κελεύσαντος, ἠπειρωθῆναι δὲ καὶ τὸ πέλαγος. εἰ δὲ ἡμῖν ὑποφάναι καὶ δι' ἀέρος, δόξαν ἰσχύι τῇ σῇ τοῦτον ἡμᾶς σώζεσθαι τὸν τρόπον. τοσαῦτα εἰπὼν ἐπιθείασας τύπτει τῇ βακτηρίᾳ τὴν θάλασσαν. ἡ δὲ ὑπὸ τῆς πληγῆς ἀνεκόπη, καὶ εἰς ἑαυτὴν ὑποχωρήσασα, γυμνὴν ἀφῆκε τὴν ὁδὸν ἐβραίοις εἰ καὶ φυγήν. μωϋσῆς δὲ ὁρῶν τὴν ὀλιφάνειαν τοῦ θεοῦ, ὅτι τὸ πέλαγος ὑπεκεχώρηκὸς αὐτοῖς τὴν ἰδίας ἠπείρου, πρῶτος ἐνέβαινεν αὐτῇ καὶ τοῖς ἐβραίοις ἐκέλευεν ἕπεσθαι τῇ θείας ὁδοῦ ποιεμένους τὴν πορείαν, καὶ τῷ κινδύνῳ τῶν παόντων πολεμίων ἡδομένους καὶ χάειν ἔχοντας, διὰ τὸ θαλάσσιον ἔτως ἐξ αὐτοῦ σωτηρίαν ἀναφανεῖσαν. τῶν δὲ οὐκ ὀκνούντων ἀλλ' ἐεμένων μὴ ἀσυδῆς, ὡς συμπαόντος αὐτοῖς τοῦ θεοῦ, μαίνεσθαι μὲν αὐτοὺς αἰγύπτιοι τὸ πρῶτον ἐδόκουν ὡς ὅτι προδήλου ὄλεθρον ὁρμωμένους. ἐπεὶ δὲ ἑώρων ἀβλαβῆς ὅτι τὸ πολὺ προκεκοφότας, καὶ μηδὲν αὐτοῖς ἐμπόδιον μηδὲ δυχερὲς ἀπαντῆσαν, διώκειν ὡρμήκεσαν αὐτοὺς, ὡς κἀκείνους ἠρεμήσοντος τὸ πελάγους. καὶ προστάξαντες τὸ ἵππον κατέβαινον. ἑβραῖοι δὲ καθοπλιζομένους, καὶ τὸ χεῦον εἰς ταὐτὸ ῥέοντας ἔφθασαν εἰς τὴν ἀντίπεραν γῆν ἀπαθεῖς σῴζοντες. ὅθεν καὶ θαρσαλεώτεροι σωέβαλεν πρὸς τὴν διῶξιν ὡς ἀδὲν δὴ αὐτοῖς πεισομένων εἰ. αἰγύπτιοι δὲ ἐλαύθανον ἰδίαν ὁδὸν ἑβραίοις γεγυμνωμένην, ἀλλ' ὑχὶ κοινὴν ἐμβαίνοντες, καὶ μέχει σωτηρίας τὸ κεκινδυνευκότων πεποιημένην, ἀλλ' ὑχὶ καὶ τοῖς ἐπ' ἀπωλείᾳ τῇ τότων ὡρμημένοις, ζηλωτὴν θέλησιν. ὡς οὖν ὁ τῶν αἰγυπτίων στρατὸς ἅπας ἐντὸς ἦν, ὅπιχεῖται πάλιν ἡ θάλασσα καὶ ὑπεκαταλαμβάνει ῥοώδης ὑπὸ πνευμάτων κατισῶσα τοὺς αἰγυπτίους. ὄμβροι τε ἀπ' ἀέρος κατέβαινον, καὶ βρονταὶ σκληραὶ συεξαπομένης ἀστραπῆς, καὶ κεραυνοὶ ὅ κατηνέχθησαν, ὅλως δὲ ὐδὲν ἦν τῶν ἐπ' ἀπωλείᾳ καὶ μοῖραν θεοῦ συμπιπτόντων ἀνθρώποις ὃ μὴ τότε συμπεπτώκει. καὶ γὰρ νὺξ αὐτοῖς ζοφώδης καὶ σκοτόμη κατέλαβεν. καὶ οἱ μὲν ἵπποι ἀπώλοντο πάντες ὡς μηδὲ ἄγγελον τὸ συμφορᾶς τοῖς ὑπολελειμμένοις ὑποστρέ-

B

C

D

E

F

G

CAP. VII.

Quomodo mare scissum Hebræis Aegyptios fugientibus viam aperuit.

HÆc effatus ad mare eos Ægyptiis spectãtibus ducebat. Habentes enim eos sub oculis, quòd essent persequendo defatigati, pugnam in sequentem diem differre consultius putabant. vt verò ad extremum littus ventum est, tum Moyses sumpta virga Deum in auxilium supplex inuocat, dicens, Tu domine scis ipse quòd nec viribus nec artibus humanis vllum hinc nobis patet effugium: supereſt vt ipse salutem huic populo expedias, qui Ægypto relicta huc est delatus, tuam voluntatem tuamque fidem secutus. ad te solum omni alia spe, omni consilio destituti, confugimus: ad tuam tantùm prouidentiam respicimus, quæ sola nos iratis Ægyptiis eripere potest. succurre igitur properè, & potentiam tuam exere, & populum iam conclamatæ salutis ad fiduciam & spem excita, in difficultatibus constituti sumus, sed nostris non tuis. tuum est Domine hoc mare, tuus & mons qui nos claudit: & hic potest te iubente aperiri, & illud in terram verti. possumus & per aërem sublimes effugere, si ita nos seruari tibi placeat. hæc precatus, mare virga percutit: quo ictu repentè scissum, & retrorsum se recipiens, nudum solum Hebræis ad fugam capessendam relinquit. Moyses autem videns adesse Deum, & mare de suo solo cessisse, primus progreditur, hortatur Hebræos vt alacriter sequantur per viam diuinitus datam, & læti præterito periculo gratias agant ob tam incredibilem salutis rationem tam subito exortam. illis verò impigrè subsequentibus nimirum diuina ope fretis, Ægyptij primum insanire eos putabant in manifestam pernitiem ruentes. postquam verò viderunt eos longè processisse, & impunè absque omni impedimento iter facere, impetu facto persequi eos cœperunt, quasi & ipsi tutum per mare iter habituri: & præmissis equitibus à littore descendebant: iámque in aduersum littus euaserant Hebræi, hostibus à tergo relictis, quos armis graues ipsa etiam miraculi nouitas non nihil est remorata: sed cùm incolumes illos terram tenere viderent, sibi quoque eundem euentum pollicebantur. Verùm fefellit eos hæc opinio, nescientes non quorumuis talem viam esse, sed Hebræorum tantùm, & fugientibus tantùm ad salutem patere, non hostibus qui eos perdendi animo insectarentur. ergo cùm iam vniuersus exercitus introgressus esset, refunditur iterum mare, & Ægyptios fluctibus inuoluit, ventis etiam eodem impellentibus: accesserunt & imbres de cœlo, & aspera tonitrua fulguribus simul intermicantibus, fulmina quoque deferebantur, & nihil omnino deerat eorum quæ ab irato Deo hominibus ad perniciem immitti solent: nam & nox eos caliginosa nimis ac tenebrosa comprehendit. atque ita totus ille exercitus est deletus, vt ne nuncius quidem cladis domum reuertere-

tur. Hebræi verò vix ſui compotes erant præ gaudio ex tam inopinata ſalute concepto, accedente huc etiam hoſtium interitu, quo maior eſſet libertatis ſecuritas, nemine ſuperſtite qui eos in ſeruitutem vindicare cuperet, & Deo ex profeſſo illis auxilium ſubmittente. quapropter tum ſua ſalute, tum inimicorum ſupplicio læti magis quàm vlli antehac homines in hymnis & hilaritate totam noctem exegerunt: & Moyſes carmen laudes Dei & ob præſentem fauorem gratiarum actiones continens hexametro verſu compoſuit. Hæc ego vt in ſacris codicibus inueni, ita ſigillatim conſcripſi. Nemo autem mirari debet tanquam incredibilia, ſi priſcis hominibus & ad malitiam etiam tum rudibus, de ſalute periclitantibus via per mare patuit, ſiue Dei voluntate, ſiue naturæ ſponte: quandoquidem heri & nudiuſtertius Alexandri ductu Macedonibus Paphylium mare ceſſit, & aliam viam non habentibus illac iter aperuit, cùm Deus eius opera ad deſtruendum Perſarum imperium vti decreuiſſet: id quod omnes teſtantur qui res geſtas illius regis ſcripto prodiderunt. Sed de his vt cuique libet ita ſentiat. Poſtera verò die cùm æſtus & ventus arma Ægyptiorum in littus expuliſſet, in quo tum Hebræi caſtra poſuerant, Moſes id quoque diuina prouidentia factum interpretatus, ne poſthac inermes eſſent, collecta viritim diſtribuit: atque ita iam probè munitos ad Sina montem duxit, ſacrificaturus ibi Deo, & munera pro ſalute populi oblaturus, quemadmodum iuſſum eſſe iam antè dictum eſt.

Exod. 8. 9.

& Demetrium ipſum collaudauit, cuius ſuggeſtionis occaſione maxima bona percepiſſent: rogauerúntque vt etiam optimatibus eorum copia legendi fieret. Deinde & ſacerdōs & ſeniores interpretum & magiſtratus populi poſtulauerunt, quandoquidem feliciter abſoluta eſſet hæc interpretatio, vt rata permaneat, nihilque ex ea mutari liceat. quæ ſententia cùm omnibus placuiſſet, iuſſerunt vt priùs ſi quis aliquid deprehenderet vel ſupereſſe legi vel deeſſe, diligentiùs inſpectum & indicatum corrigeret, quando conſultum eſſet vt res ſemel approbata rata eſſet in perpetuum. Quamobrem rex multum gauiſus eſt, videns hanc quoque ſuam voluntatem in publicum ceſſiſſe commodum: ſed maiorem etiam percepit voluptatem dum ſibi lex legeretur, non ſine admiratione legiſlatoris ſapientiæ: cæpitque de ea re conferre cum Demetrio, rogans quî factum ſit vt tam admirandarum legum nec hiſtoricus vllus nec poëta mentionem fecerit. Tum Demetrius reſpondit, neminem auſum eam attingere, quam conſtaret diuinam eſſe & omni veneratione digniſſimam, & punitos eſſe quoſdā à cœlesti numine, qui illam temerè attrectare non ſint veriti. Theopompum enim volentem inde quædam ſuis ſcriptis inſerere, mente motum fuiſſe diebus xxx. & per interualla inſaniæ precibus Deum placaſſe, facilè coniicientem quæ morbi cauſa fuerit. atque etiam in ſomnis admonitum hæc ideo pati, quod fuiſſet circa res diuidas curioſior, eaſque voluiſſet proferre profanis hominibus. quare cùm à cœpto deſtitiſſet, ſanam mentem ei fuiſſe redditam. Theodectæ etiam poëtæ, cùm in quadam tragœdia vellet aliquid è ſacris libris admiſcere, oculos glaucomate ſuffuſos caligaſſe: & cum erratum agnouiſſet, exorato Deo redditam aciem. acceptos deinde à Demetrio libros rex cùm adoraſſet, aſſeruari iuſſit diligenter, vt incorrupti manerent: rogauítque interpres vt crebrò è Iudæa venientes ipſum inuiſerent. id enim eis non minus commodum fore quam honorificum. Nunc enim æquum eſſe vt remittantur: ſed ſi vltro ad eum venerint, confecturos quicquid vel ipſorum ſapientia dignum ſit, vel regia munificentia. Tum quoque remiſſi ſunt donati ternis veſtibus optimis, & binis auri talentis, ſinguliſque vnius talenti calicibus, & toris diſcubitoriis. præterea pontifici per eoſdem miſit decem lectos cum argenteis pedibus cum competenti apparatu, & calicem talentorum triginta: ad hæc decem veſtes purpureas, & coronam inſignem, & telas byſſinas centum, præterea phialas & trullas & libatoria, & crateras duas Deo dicandas. rogauítque eum per literas, vt ſi quis ex his viris vellet ad ipſum venire, permitteret, quandoquidem plurimi faceret cum doctis conſuetudinem, & diuitias libenter in eiuſmodi inſumeret. Atque hæc ſunt in Iudæorum honorem à Philadelpho exhibita.

CAP. III.

Honor à regibus Asiæ Iudæorum genti habitus, & quod in ciuitatibus à se conditis ius ciuium ei concesserint.

Κεφάλαιον γ'.

Πῶς ἐτίμησαν αὐτὸ οἱ τῆς ἀσίας βασιλεῖς τὸ ἰουδαίων ἔθνος, καὶ πολίτας ἐποίησαν ἐν ταῖς ὑπ' αὐτῶν κτισθείσαις πόλεσιν.

III. SEd & ab Asiæ regibus honorati sunt, propter nauatam in militia bonam ac fidelem operam. Nam Seleucus cognomento Nicanor in conditis à se per Asiam & inferiorem Syriam vrbibus, in ipsa denique metropoli Antiochia, ius ciuitatis eis dedit, voluítque pari ibi cum Macedonibus ac Græcis cõditione degere, quo iure nunc quoque viuunt inter eos homines. Argumento est quia Iudæis externo oleo nolentibus vti, certa pecunia pro eo à Gymnasiarchis penditur: quem morem cùm Antiochensis populus proximo bello abrogare vellet, non permisit Mutianus qui tum Syriæ prouinciæ præerat. Deinde imperante Vespasiano, & Tito eius filio, Alexandrini & Antiochenses rogantes adimi Iudæis ius ciuium, impetrare id non potuerunt, manifesto Romanorum æquitatis & magnanimitatis indicio, sed præcipuè ipsorum principum: qui cùm eo bello multos labores pertulissent, & infensi essent pertinaciter rebellantibus nihil tamen de iure ipsorum diminutum voluerunt: idque nec iræ propriæ, nec duobus maximis populis contra eos licere passi sunt: maiorem rationem habentes veterum gentis meritorum, quàm præsentis offensionis, aut gratiæ, quam hoc facto apud hos populos inire poterant: dicentes eos qui contra rem Romanam arma tulerant, iam satis suppliciorum exoluisse: eos verò qui nihil peccassent, non esse æquum spoliari suis priuilegiis & iuribus. Marcum quoque Agrippam similiter affectum erga Iudæos fuisse proditur. Ionibus enim contra hos seditiosè commotis, & togantibus Agrippam, vt ciuitatis quam eis dederat Antiochus Seleuci nepos, quẽ Græci Deum cognominant, soli essent participes: & postulantibus vt siquidem eiusdem generis haberi velint Iudæi, eosdem quoque deos colerẽt: cùm res ad iudicum cognitionem deuenisset, viceruntcausam Iudæi: obtinueruntq; vt sibi liceret suis moribus viuere; patrocinio Nicolai Damasceni adiuti, Agrippa enim pronũciauit, nihil sibi licere innouare circa hoc negociũ. quæ si quis volet exactius cognoscere, legat historiarum Nicolai libros tertium & quartum supra centesimum vigesimum. Sed Agrippæ sententiam mirari non debemus: neque enim tum gens nostra cum Romanis bellum gesserat. Vespasiani verò & Titi magnanimitatem meritò quis miretur, qui post tanta belli certamina nihil immoderatè in nos statuerunt. Nunc vnde digressus sum reuertar. Antiocho Magno in Asia regnante in continua vexatione tam Iudæa fuit quàm Cœlesyria: quòd eo bellum gerente cum Philopatore Ptolemæo, huiúsque filio qui Epiphanes cognominatus est, siue vinceret, siue vinceretur, malè mulctarentur,

Ἐτυχον δὲ καὶ τῆς φιλίας τῆς βασιλέων τῆς ἀσίας ἕνεκεν, ἐπειδὴ συνεστράτευσαν αὐτοῖς. καὶ γὰρ σέλευκος ὁ νικάτωρ ἐν αἷς ἔκτισε πόλεσιν ἐν τῇ ἄνω, καὶ τῇ κάτω συρίᾳ, καὶ ἐν αὐτῇ τῇ μητροπόλει ἀντιοχείᾳ, πολιτείας ἰσοτίμους ἀπέδειξε μακεδόσι καὶ ἕλλησιν, ὡς τὸν πολιτείαν ταύτην ἐπ' ἐκείνου ἔχειν. τεκμήριον δὲ τοὺς ἰουδαίους μὴ βουλομένους ἀλλοφύλῳ ἐλαίῳ χρήσασθαι, λαμβάνειν ἀφορισμόν τι, παρὰ τῶν γυμνασιαρχῶν εἰς ἐλαίου τιμὴν ἀργύριον. ὃ τῶ δήμου τῆς ἀντιοχέων ἐν τῷ νεῷ πολέμῳ λύσαι προαιρουμένου, μουκιανὸς ἡγεμὼν ὢν τότε τῆς συρίας ἐπήρησε. καὶ μετὰ ταῦτα κρατήσαντος οὐεσπασιανοῦ καὶ τίτου τῶ υἱῶ αὐτοῦ τῆς οἰκουμένης, δεηθέντες οἱ ἀλεξανδρεῖς καὶ ἀντιοχεῖς, ἵνα τὰ δίκαια τῆς πολιτείας μηκέτι μένῃ τοῖς ἰουδαίοις, οὐκ ἐπέτυχον. ἐξὸν γὰρ τὴν αἰτίαν καταγνόντα τὸν ῥωμαίων ὄφελειαν καὶ μεγαλοφροσύνην, μείλιξαι τὸν οὐεσπασιανοῦ καὶ τίτου. ὅτι καίτοι πολλὰ πονήσαντες ἐν τῷ πρὸς ἰουδαίους πολέμῳ, καὶ πικρῶς πρὸς αὐτοὺς ἔχοντες ὅτι μὴ παρέδοσαν τὰ ὅπλα αὐτοῖς, μέχρι δὲ ἑκάτου πολεμοῦντες ὑπέμειναν, οὐδενὸς αὐτοὺς τῶν ὑπαρχόντων κατὰ τὸν προειρημένην πολιτείαν ἀφείλαντο. ἀλλὰ καὶ τῆς πρώτης ὀργῆς καὶ τοῦ τῆς ἀλεξανδρέων καὶ ἀντιοχέων δήμων μεγίστων ἀναπλήσεως ἐκράτησαν. ὡς τε μηδὲν μηθ' ὑπὸ τῆς πρὸς τούτους χάριτος, μηθ' ὑπὸ τῆς πρὸς τοὺς πολεμηθέντας μισοπονηρίας, ἐνδοῦναι πρὸς τὸ λύσαι τι τῶν ἀρχαίων τοῖς ἰουδαίοις φιλανθρώπων. ἀλλὰ τοὺς ἀπαραμυθήτους αὐτοῖς ὅπλα καὶ χωρήσαντας ἐξ μάχης δεδωκέναι τιμωρίαν φήσαντες, τοὺς δὲ ἐν ἐξαμβρτόντας, δίκαιον ὑποστρέψαι τῆς ὑπαρχόντων. ὅμοιον δέ τι τούτων καὶ μάρκον ἀγρίππαν φρονήσαντα περὶ τὴν ἰουδαίων οἴδαμεν. τῆς γὰρ ἰώνων κινηθέντων ἐπ' αὐτούς, καὶ δεομένων τοῦ ἀγρίππα, ἵνα τῆς πολιτείας ἣν αὐτοῖς ἔδωκεν ἀντίοχος ὁ σελεύκου ἰώνος, ὁ καὶ θεὸς ὑπὸ τοῖς ἕλλησι θεὸς λεγόμενος, μόνοι μετέλθωσιν, ἀξιούντων δὲ εἰ συγγενεῖς εἰσιν αὐτοῖς ἰουδαῖοι, σέβεσθαι τοὺς ἰδίους αὐτῶν θεοὺς, καὶ δίκης περὶ τούτων συστάσης, εὑρεθῆναι ἰουδαίους τοῖς αὐτοῖς ἔθεσι χρῆσθαι, σωτηρίσαντος αὐτοῖς νικολάου τοῦ δαμασκηνοῦ. ὁ γὰρ ἀγρίππας ἀπεφαίνατο, μηδὲν αὐτὸν καινίζειν ἐξεῖναι. τὸ δὲ ἀνεγκλήτους εἶναι βούλεται καταμαθεῖν, ἀπαγγείλαντα τῆς νικολάου ἰσορίων τὰ ἑκατοστὸν εἰκοστὸν ἕβδομον καὶ τεσσαρακοστὸν. πρὸς μὲν δὴ τὰ ὑπ' ἀγρίππου κεκριμένα, ἀνέξεσιν ἴσως θαυμάζειν. ἐπολέμει γὰρ τότε ῥωμαίοις τὸ ἡμέτερον ἔθνος. οὐεσπασιανοῦ δὲ ἄρτι καὶ τίτου τοῦ μεγαλοφροσύνην εἰκότως ἐκπλαγείη, μὴ πόλεμον καὶ πολιτικοὺς ἀγῶνας οὓς ἔσχον πρὸς ἡμᾶς, μετεωροπολησάντων. ἐπανάξω δὲ τὸν λόγον ὅθεν ἐξέβην. τοὺς δὲ ἰουδαίους ἐπ' ἀπόκου τοῦ μεγάλου βασιλεύοντος τῆς ἀσίας, ἔτυχον αὐτούς τε πολλὰ παλαιστωρήσας καὶ τῆς αὐτοῦ κακοπολιτείας, καὶ τοὺς τῶν κοίλων συρίαν νεμομένους. πολεμοῦντος γὰρ αὐτοῦ πρὸς τὸν δ' πάτορα πτολεμαῖον, καὶ πρὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ πτολεμαῖον, τὸν κληθέντα ἐπιφανῆ, κακοπαθεῖν συνέβαινεν αὐτοῖς, καὶ νικῶντος καὶ πταίοντος, ταῦτα πάσχειν, ὡς δ'

ὡς ὑδὲν ἀπέλειπον χειμαζομένης νεὼς, καὶ πονουμέ- A
νης ἑκατέρωθεν ὑπὸ τὸ κλύδωνος μεταξὺ τ' εὐτυχίας τῆς αντιόχου, καὶ τῆς ὕστερον αὐτῷ τύχης τῶν πραγμάτων κεράσαντος. νικήσας μὲν οὖν τὸν πολεμαῖον ὁ αντίοχος, τὴν Ἰουδαίαν προσήγετο. τελευτήσαντος δὲ τοῦ φιλοπάτορος, ὁ παῖς αὐτοῦ μεγάλην ἐξέπεμψε δύναμιν καὶ στρατηγὸν σκόπαν, ὅστις ἐν τῇ κοίλῃ συρίᾳ. ὃς πολλάς τε αὐτῶν πόλεις ἔλαβε, B
καὶ τὸ ἡμέτερον ἔθνος, πολεμούμενον ὑπ' αὐτοῦ προσέθετο. μετὰ δὲ πολὺ ὁ τὸν σκόπαν αντίοχος νικᾷ, συμβαλὼν αὐτῷ πρὸς ταῖς πηγαῖς τοῦ Ἰορδάνου, καὶ πολλὴν αὐτοῦ τὴν στρατιὰν διέφθειρεν. ὕστερον δ' αντίοχος χειρωσάμενος τὰς ἐν τῇ κοίλῃ συρίᾳ πόλεις, αἷς ὁ σκόπας κατεῖχεν, καὶ τὴν σαμάρειαν, ἐκουσίως αὐτῷ προσέθεντο Ἰουδαῖοι. καὶ τῇ πόλει δεξάμενοι, πάσῃ αὐτοῦ τῇ στρατιᾷ καὶ τοῖς ἐλέφασιν ἀφθονίαν παρέσχον, καὶ τοὺς ὑπὸ σκόπα καταλειφθέντας ἐν τῇ ἄκρᾳ τῶν Ἱε- C
ροσολύμων φρουροὺς πολιορκοῦντι, προθύμως συνεμάχησαν. ὁ οὖν αντίοχος, δίκαιον ἡγησάμενος τὴν τῶν Ἰουδαίων πρὸς αὐτὸν σπουδὴν καὶ φιλοτιμίαν ἀμείψασθαι, γράφει τοῖς τε στρατηγοῖς αὐτοῦ καὶ τοῖς φίλοις, μάρτυρών τε τοῖς Ἰουδαίοις ὑπὲρ ὧν δύνανται πρὸς αὐτῷ, καὶ τὰς δωρεὰς, ἃς ὑπὲρ τούτων διέγνω παρέχειν αὐτοῖς, ἐμφανίζων. παραθήσομαι δὲ τὰς ὑπο- D
στολὰς τοῖς στρατηγοῖς πρὸς αὐτὸν γραφείσας, προδιελθὼν ὡς μάρτυρεῖ τούτοις ἡμῖν τοῖς λόγοις, πολύβιος ὁ μεγαλοπολίτης. ἐν γὰρ τῇ ις' τῶν Ἱστοριῶν αὐτοῦ, φησὶν ἔτως. ὁ δὲ τοῦ πτολεμαίου στρατηγὸς σκόπας, ὁρμήσας εἰς τοὺς ἄνω τόπους, κατεστρέψατο ἐν τῷ χειμῶνι τὸ τῶν Ἰουδαίων ἔθνος. λέγει δ' ἐν τῇ αὐτῇ βίβλῳ ὡς τοῦ σκόπα νικηθέντος ὑπὸ αντίοχου, τὴν μὲν βαταναίαν καὶ σαμάρειαν, καὶ ἄβιλα καὶ γάδαρα παρέλαβεν αντίοχος. μετ' ὀλίγον δὲ προσεχώρησαν αὐτῷ E
καὶ τῶν Ἰουδαίων οἱ περὶ τὸ ἱερὸν προσαγορευόμενον ἱεροσόλυμα κατοικοῦντες. ὑπὲρ ὧν καὶ πλεῖόν ἐστιν λέγοντες, καὶ μάλιστα διὰ τὴν περὶ τὸ ἱερὸν ὑπεροψίαν, εἰς ἕτερον καιρὸν ὑπερθησόμεθα τὴν διήγησιν. καὶ πολύβιος μὲν ταῦτα ἱστόρηκεν. ἡμεῖς δ' ἐπανάξομεν τὸν λόγον ὅπερ τὴν διήγησιν, προθέμενοι πρῶτον τὰς ὑποστολὰς τοῦ βασιλέως αντίοχου. βασιλεὺς αντίοχος πτολεμαίῳ χαίρειν. τῶν Ἰουδαίων καὶ παρ' ἡμῖν μάλιστα τὴν χώραν ἐπέβημεν αὐτῶν ὑπὸδειξαμένων τὸ F
πρὸς ἡμᾶς φιλότιμον, καὶ προϋπομένους δ' εἰς τὴν πόλιν αὐτῶν λαμπρῶς ἐκδεξαμένων, τ' μὲν μετὰ τῆς γερουσίας ἀπαντήσαντων, ἄφθονον δὲ τὴν χορηγίαν τοῖς στρατιώταις τοῖς ἐλέφασι παρεχημένων, συνεξελόντων δὲ τοὺς ἐν τῇ ἄκρᾳ φρουροὺς τῶν αἰχμαλώτων. κρίναμεν καὶ ἡμεῖς τούτων αὐτοὺς ἀμείψασθαι, καὶ τὴν πόλιν αὐτῶν ἀναλαβεῖν κατεφθαρμένην ὑπὸ τῶν G
πρὸς τοὺς ἀνθρώπους συμπεσόντων, καὶ συνοικίσαι τῶν διεσπαρμένων εἰς αὐτὴν πάλιν συνελθόντων. πρῶτον δ' αὐτοῖς ἐκείναμεν διὰ τὴν εὐσέβειαν προσήκειν τὴν εἰς τὰς θυσίας συντάξιν, κριθῶν τε θυσίμων καὶ οἴνου καὶ ἐλαίου, καὶ λιβανωτοῦ, ἀργυρίου τάλαντα μυριάδων β', καὶ σεμιδάλεως ἀρτάβας ἑκατὸν καὶ τὸν ὑπάρχοντα νόμον, πυρῶν μεδίμνους αυξ', καὶ ἁλῶν μεδίμνους τοσ. τελεῖσθαι δ' αὐτοῖς ταῦτα βούλομαι καθὼς ἐπέσταλκα, καὶ τὸ πρὸς τὸ ἱερὸν ἀπαρτισθῆναι ἔργον, τάς τε στοὰς καὶ ὅσα ἕτερα οἰκοδομῆσαι δεῖ. καὶ ξύλων ὕλη, καὶ ἀκόμιστα ἔσται αὐτοῖς τῶν Ἰουδαίας, καὶ ἐκ τῆς ἄλλων ἐθνῶν, καὶ ἐκ τοῦ λιβάνου, καθάπερ καὶ προσαγορεύεται τὰ τοῦ ἱεροῦ ὑπάρχειν δεῖ.

non aliter quàm nauis fluctibus vtrinque oppugnata, inter prosperam & aduersam Antiochi fortunam iactatæ. Tandem victor Antiochus Iudæam suæ ditioni adiecit. Defuncto verò Philopatore, filius eius magnum exercitum duce Scopa misit in Cœlesyriam: qui & multas eius vrbes & nostram gentem vi in potestatem eius retraxit. Aliquanto autem post Antiochus ad fontes Iordanis cum Scopa prælio congressus fit superior: cúmque recepissent occupatas à Scopa vrbes Cœlesyriæ simul & Samariæ, Iudæi quoque vltrò deditionem fecerunt: receptúmque intra mœnia eius exercitum & elephantos liberaliter aluerunt, & oppugnantibus præsidium in arce à Scopa relictum impigrè auxilium tulerunt. Quamobrem Antiochus æquum ducens aliquam Iudæis pro studio suarum partium referre gratiam, scripsit ad amicos suos & duces literas, testes beneficiorum quæ in ipsum contulerant, in quibus etiam significabat quomodo remunerari eos decreuit. earum exemplar subiiciam, citato priùs Polybij Megalopolitæ testimonio, ex libro historiarum eius xvi. Scopas, inquit, copiarum Ptolemæi dux ad mediterranea verso impetu per hyemem Iudæorum gentem subegit. ac paulo pòst in eodem libro narrat quomodo victo Scopa Antiochus Batanéam, Samariam, Gadara, & Abila recepit: móxque Iudæi qui Hierosolyma & celebre eius loci templum incolunt, ad eum defecerunt: de quo cùm multa essent dicenda, ait se id in aliud tempus differre. & hæc quidem Polybius. nos autem narrationem continuabimus, inserta hîc priùs Antiochi epistola. Rex Antiochus Ptolemæo S. Quoniam Iudæi mox vt regionem eorum fumus ingressi studium erga nos suum declarauerunt, & in vrbem suam venientes splendidè exceperunt senatu obuiam progresso, exercituique nostro & elephantis copiosè victum præbuerunt, & cum eo simul præsidium Ægyptiorum in arce expugnauerunt: visum est nobis gratiam aliquam eis reponere, & vrbem eorum refouere variis calamitatibus affectam, & in pristinam frequentiam restituere, reuocatis in eam qui nunc dispersi sunt habitatoribus. ac primùm decreuimus pietatis ergò præberi eis in precium pecudum mactandarum, vini, olei, thuris, argenteorum viginti millia, & ad similam secundum prouincialem legem tritici medimnos mille quadringentos sexaginta, & salis medimnos trecentos septuagintaquinque: volóque vt hæc eis præbeantur ita vt mandaui: & quod deest templo absoluatur, siue porticus siue quid aliud ædificare opus fuerit. lignorum autem materies comporteturtam ex ipsa Iudæa quàm ex aliis gentibus & ex Libano, immunis à vectigalibus: quæ immunitas & aliis rebus conceditur ad apparatum atque ornatum templi pertinentibus.

Permittitur etiam eis vt omnes viuant iuxta A
leges patrias: & remittitur senatoribus, sacerdotibus, scribis templi atque cantoribus tributum quod penditur pro capite, & aurum coronarium, & si quod est tributum aliud. Et vt eo citius vrbs frequentetur habitatoribus, concedo omnibus qui nunc eam habitant, quive ante hyperberetæum mensem eò se habitatum contulerint, immunitatem omnium tributorum vsque in triennium: remittimúsque eis in posterum tertiam partem tributorum, in præteritorum damnorum compensationem. B Et quotquot ex vrbe abrepti seruiunt, & ipsos & natos eorum volumus esse liberos, ac bona quoque eis restitui iubemus. Vale. Nec contentus hanc epistolam scripsisse, edictum etiam in honorem templi per totum suum regnum proposuit tale: Nemini alienigenæ liceat intrà septa templi ingredi contra voluntatem Iudæorum, sed solis hoc facere fas sit, qui iuxta præscriptum C legis patriæ purificati priùs fuerint. Nemo etiam in vrbem carnes equinas aut mulinas inferat, nec asini siue feri siue domestici, nec pantheræ aut vulpis aut leporis, aut cuiusuis omnino ex his animalibus quæ Iudæis vetitum est attingere, ac neque pelles eorum inferre liceat, aut aliquid ex his in vrbe alere: sed tantum solitas more maiorum mactare victimas, quibus Deus litari sibi vult. qui verò aliquid contra edictum hoc fecerit, trium mil- D lium drachmarum argenti mulctam luat sacerdotibus. Idem rex amplum pietatis ac fidei nobis præbuit testimonium, quo tempore quosdam per Phrygiam ac Lydiam nouis rebus studere comperit. Zeuxidem enim amicum præcipuum, in superioribus satrapiis ductatem exercitum, iussit quosdam è nostratibus apud Babylonem degentibus in Phrygiam mittere, scribens in hunc modum. Rex Antiochus Zeuxidi patri salutem. Si vales bene est, ego quoque va- E leo. Quia quosdam in Phrygia & Lydia res nouas moliri audio, videtur hoc negotium curam meam deposcere. Quapropter consultis de hac re amicis, placuit mihi, ex his Iudæis qui Babyloniam ac Mesopotamiam incolunt duo millia familiarum cum tota supellectili eò traducere, & locis opportunis per præsidia disponere. Persuasum enim habeo illos tore nostratum rerum custodes beneuolos: tum quia cæleste numen piè colunt, tum quia fides eorum & F promptum obsequium etiam maiorum nostrorum comprobatur testimoniis. Volo igitur vt eos, licet difficile videatur, traducas, pollicitus libertatem viuendi propriis legibus. perductis deinde ad iam dicta loca, tum ad ædificandas domos assignabis areas, tum agros ad colēdum aruis & vinetis idoneos: immunitatemque dabis in decennium, ne quid pendere cogantur ex annuis terræ prouentibus. & donec ipsorum agri fruges protulerint, demensum frumentum G accipiant in seruorum alimoniam: ac reliquis quoque tribuatur quantum satis est, vt benignè a nobis habiti alacriores sint in nostris negotiis. Cura autem ne quis molestus sit ei populo. Vale. Atque hactenus de Antiochi magni erga Iudæos beneuolentia dixisse sufficiat.

πολιτεύεθ' ἅσιν δὲ πάντες οἱ ἐκ τῶ ἔθνους κ̀ τοῖς πατρώοις νόμοις. ἀπολυέσθω δ' ἡ γερουσία & ἱερεῖς καὶ γραμματεῖς τῦ ἱεροῦ κ̀ ἱεροψάλται, ὧν ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς τελῶσι, κ̀ τῦ στεφανίτου φόρου, & τῦ περὶ τὴν ἄλλων. ἵνα δ' θᾶττον ἡ πόλις κατοικισθῆ, δίδωμι τοῖς τε νεῶ κατοικοῦσι καὶ κατηλυσομένοις, ἕως ὑπερβερεταίου μηνὸς, ἀτελεῖς εἶ μέχρι τελῶν ἐτῶν. ἀπολύομεν δ' καὶ εἰς τὸ λοιπὸν αὐτοὺς τῦ τρίτου μέρους τῆς φόρων, ὡς τε αὐτῆς ἐπανορθωθησομένας τὰ βλάβας. καὶ ὅσοι ἐκ τῆς πόλεως ἁρπαγέντες δουλεύουσιν, αὐτούς τε τούτους κ̀ τοὺς ὑπ' αὐτῆς γενηθέντας ἐλευθέρους ἀφίεμεν, κ̀ τὰς οὐσίας αὐτοῖς ἀποδίδοσθαι κελεύομεν. ἐπεμνύων δ' & τὸ ἱερὸν, σύγγραμμα κατὰ πᾶσαν τὴν βασιλείαν ἐξέθηκε, περιέχον τάδε. μηδενὶ ἐξὸν εἶ ἀλλοφύλῳ εἰς τὸν περίβολον εἰσιέναι τ ἱεροῦ, πρὶ ἀπηγορευμένων τοῖς ἰουδαίοις, εἰ μὴ οἷς αὐ ἁγνισθεῖσιν ἔξιν ἔθιμον κατὰ τὸν πάτριον νόμον. μηδὲ εἰς τὴν πόλιν εἰσφερέσθω ἵππεια κρέα, μήτε ἡμιόνεια, μήτε ἀγρίων ὄνων κ̀ ἡμέρων, παρδάλεών τε καὶ ἀλωπέκων κ̀ λαγωῶν, & καθόλου πάντων πρὶ ἀπηγορευμένων ζώων τοῖς ἰουδαίοις. μηδὲ τὰς δορὰς εἰσφέρειν ἐξεῖναι, ἀλλὰ μηδὲ χρῆσθαι τι τούτων ἐν τῇ πόλει. μόνοις δ' τοῖς πατρονικοῖς θύμασιν ἀφ' ὧν κ̀ τῷ θεᾷ δεῖ καλλιερεῖν, ὑπερτετάφθαι χρῆσθαι. ὁ δ' τούτων τι παραβὰς, ἀποτινύετο τοῖς ἱερεῦσιν, ἀργύριον δραχμὰς χιλιάδας. ἔγραψε δ' μάρτυρας ἡμῖν δυσέβειά τε κ̀ πίστις λοίπα νεωτερίζοντα τὰ κ̀ τὴν Φρυγίαν, & Λυδίαν ἐπύθετο. καθ' ὃν καιρὸν, ἐν ταῖς ἄνω σατραπείαις κελούων ζεῦξιν τὸν αὐτὲ στρατηγὸν & ἐν τοῖς μάλιστα φίλον πέμψαι τινὰς τῆς ἡμετέρων ἐκ βαβυλῶνος εἰς Φρυγίαν, γράφει ὧδε. βασιλεὺς ἀντίοχος ζεύξιδι τῷ πατρὶ χαίρειν. εἰ ἔῤῥωσαι δ' αὖ ἔχοι. ὑμάρτω δ' κ̀ αὐτός. πεπυσμένος τοὺς ἐν Λυδίᾳ κ̀ Φρυγίᾳ νεωτερίζοντας, μεγάλης διατροφῆς ἡγησάμην τὸ τοῦτο μοι δεῖσθαι. κ̀ ἐκλυσαμένῳ μοι μὴ τῆς φίλων τι δεῖ ποιεῖν, ἔδοξεν εἰς τὰ φερόμενα κ̀ τοὺς ἀναγκαιοτάτους τόπους τῆς ὑπὸ τῆς μεσοποταμίας κ̀ βαβυλωνίας ἰουδαίων οἴκους διχιλίους σὺν ὁπλοκτῇ μεταγαγεῖν. πέπεισμαι γὰρ οὕτως αὐτοὺς ἔσεσθαι τῆς ἡμετέρων φύλακας, ἕξειν τὸν πρὸς τὸν θεὸν αὐτῆς δόσεβειαν, κ̀ μάρτυρομένῳ μοι αὐτοὺς ὑπὸ τῆς προγόνων εἰς πίστιν οἶδα κ̀ προθυμίαν εἰς ἃ βεβαιαλουῶτας. βούλομαι τοίνυν καπέρ ἐρχόδους ὄντος τὸ μεταγαγεῖν, ὑποχόμενος νόμοις αὐτοὺς χρῆσθαι τοῖς ἰδίοις. ὅταν δ' αὐτοὺς ἀγάγῃς εἰς τοὺς προειρημένους τόπους, εἰς τε οἰκοδομὰς οἰκιῶν δόσεις αὐτοῖς τόπον ἐκάστῳ, κ̀ χώραν εἰς γεωργίαν κ̀ φυτείαν ἀμπέλων. & ἀτελεῖς τῆς ἐκ τῆς γῆς καρπῶν αἰτήσεις ἐπ' ἔτη δέκα. μεξείδωσαν δ' & ἄχρις οὗ τοὺς βεβαίους τῆς γῆς ἀρτους λαμβάνωσιν, ὅπου εἰς τὰς τῆς θεραπόντων δαπανὰς ἱκανὰς. δίδωμι δ' κ̀ τοῖς εἰς τὰς χρείας ὑπηρετοῦσι τὸ αὐτάρκες, ἵνα τῆς παρ' ἡμῖν τυγχάνοντες φιλανθρωπίας, προθυμότερόν παρέχωσιν αὐτοὺς περὶ τὰ ἡμέτερα. προνοίαν δ' ποιῆ καὶ τῦ ἔθνους κ̀ τὸ δυνατὸν, ὅπως ὑπὸ μηδενὸς ἐνοχλῆται. περὶ μὲν οὖν τῆς ἀντιόχου φιλίας τῦ μεγάλου πρὸς ἰουδαίους ταῦτα ἡμῖν ὑποχρώντος εἰρήσθω. μ̀ δ'

μὴ ὁ Τοῦτα φιλίαν πὴ συνθὰς πρὸς τὸν Πτολεμαῖον A
αὐτίοχος ἐποιήσατο. πὴ δίδωσιν αὐτῷ τὴν θυγατέρα
Κλεοπάτραν πρὸς γάμον, ωὖ χωρήσας αὐτῷ τ' κοί-
λης συρίας πὴ Σαμαρείας Ϲ ἰουδαίας πὴ φοινίκης, φορὰς
ὑπόμεπ. πὴ διαρρηθέντων εἰς ἀμφοτέρους τοὺς βασιλεῖς
τὴν φόρων, τὰς ἰδίας ἕκαστοι τῆς ὑπαρχίας ἀπολύτου
πατρίδας φορολογῶν, πὴ συναθροίζοντες τὸ προσ-
ταγμένον κεφάλαιον, τοῖς βασιλεῦσιν ἐτέλουν. ἐν τού-
τῳ τῷ χρόνῳ σαμαρεῖς δ' προέμενοι πολλὰ τὴς ἰου- B
δαίους ἐκάκωσαν, τὴν τε χώραν αὐτῶν τεμόντες, πὴ
ἀνθρώπους ἀφαρπάσαντες. ἐγίνετο δ' ταῦτα ὅτι ἀρχιερέως
ὀνίου τελευτήσαντος γὰρ ἐλεαζάρου, τὴν ἀρχιερωσύνην
ὁ θεῖος αὐτοῦ μανασσῆς ἔλαβε. μετ' ὀλίγον καταστρέψασθα
τὸν βίον, ὀνίας τὴν τιμὴν ἐδέξατο, σίμωνος υἱὸς ὢν τοῦ
δικαίου κληθέντος. σίμων δ' ἦν ἀδελφὸς ἐλεαζάρου
καθὼς προεῖπον. ἔστ' ὁ ὀνίας, βραχὺς ἦν τὴν ψυχὴν C
καὶ χρημάτων ἥττων, Ϲ ὡς τοῦτο τὸν λαὸν τῶν
λαῶν φόρου, ἐν τοῖς βασιλεῦσιν οἱ πατέρες αὐτοῦ ἐτέ-
λουν ἐκ τῆς ἰδίας, πάλαντα εἴκοσιν ἀργυρίου μὴ δοὺς,
εἰς ὀργὴν ἐκίνησε τὸν βασιλέα πτολεμαῖον ἐυεργέτην, ὃς
ἦν πατὴρ τοῦ φιλοπάτορος. πὴ πέμψας εἰς ἱεροσόλυμα προσέταττεν, ἀπαίτει τὸν ὀνίαν, πὴ ἀποδιδόντα τοὺς φόρους. πὴ ἠπείλει κληρουχήσειν
αὐτῷ τὴν γῆν, πὴ ἀπολαβὼν, πὴ πέμψειν
τοὺς ἐνοικήσοντας ϲρατιώτας. ἀκούσαντες ὁ τὰ πα- D
ρὰ τοῦ βασιλέως οἱ ἰουδαῖοι συνεχύθησαν, τὸν ὁ
ὀνίαν ὡδὶ τούτων ἐλυσιτέλησε δίκῃ τὴν φιλοχρη-
ματίαν.

Κεφάλαιον δ'.

Πῶς ὁ ἡρωδότου ἀτυχίας ἐπανορθώσεις ὑπ' ἰωσήπου τοῦ τωβίου, πεισαμένου φιλίαν πρὸς πτολε-μαῖον.

Ἰώσηπός τις, νέος μὲν ἔτι τὴν ἡλικίαν, ὅτι σε-
μνότητι ὁ πὴ φρονήσεως πὴ δικαιοσύνῃ δόξαν ἔ-
χων ὡδὶ τοῖς ἱεροσολυμίταις, τωβίου μὲν πατρὸς,
ἐκ δ' τῆς ὀνίου τοῦ ἀρχιερέως ἀδελφῆς γεγονὼς, δηλω-
σάσης αὐτῷ τ' μητρὸς τὴν τοῦ προσδοκῶν παρουσίαν, E
ἔτυχε μὲν αὐτὸς ἀποδημῶν εἰς φιλάδελφον κώμην ἐξ ἧς
ὑπῆρχεν, ἐλθὼν εἰς τ' πόλιν, ἐπέπληττε τῷ ὀνίᾳ, μὴ
προνοουμένῳ τ' ἀσφαλείας τῆς πολιτῶν, ἀλλ' εἰς κιν-
δύνους τὸ ἔθνος ἐκλομένῳ προεσάσειν δίκῃ τ' τ' χρημά-
των ἀπορίαν, δ' ἃ πὴ τοῦ λαοῦ τ' προεδρίαν λαβεῖν
αὐτὸν ἔλεγε, πὴ τ' ἀρχιερατικῆς τιμῆς ἀπατυχεῖν. εἰ δ'
ἱερατικῶς ἔτως ἔχοι τ' χρημάτων, ὡς δ' αὐτὰ πὴ τὴν
παρίδα κινδυνεύουσαν ἰδεῖν ἀπομεῖναι, πὴ πᾶν ὅτιοῦν F
παθόντας αὐτοὺς τοὺς πολίτας, συνεβούλευσεν ἀπελθόν-
τα πρὸς τ' βασιλέα, δηλώσαι αὐτῷ τ' πάντων αὐτοῦ G
ὧδε χωρῆσαι τῆς χρημάτων τ' μέσης. τ' ὁ ὀνίᾳ μήτε
ἀρχὴν θέλειν ἀποκεκαμμένῳ, πὴ τὴν ἀρχιερωσύνην
δ' εἰ δυνατὸν ἑτοίμως ἔχειν ἀποθέσθαι λέγοντος,
μήτε ἀναβήσεσθαι πρὸς τὸν βασιλέα, μέλλειν γὰρ ἐρεῖν αὐτοῦ πρὸς τούτων, εἰ προσβούλειν αὐτῷ πρὸς τὸν
πτολεμαῖον συγχωρεῖ ὑπὲρ τοῦ ἔθνους, ὑπισχνεῖσθαι. φήσαντος ὁ ὑπιξέπειν, ἀναβὰς εἰς τὸ ἱερὸν ὁ ἰώση-
πος, πὴ συγκαλέσας τὸ πλῆθος εἰς ἐκκλησίαν, μηδὲν ταράττεσθαι μηδὲ φοβεῖσθαι παρῄνει τὴν ὀνίᾳ τοῦ
θείου πρὸς αὐτῷ ἀμέλειαν. ἀλλ' ἐν ἀδείᾳ τῆς ὑπὸ τ' σκυθρωποτέρας ἐλπίδος ἀφέσεως αὐτοὺς ἔχειν ἠ-
ξίου. προσβούσειν γὰρ αὐτὸς ὑπεγγέλλετο πρὸς τὸν βασιλέα, πὴ πείσειν αὐτὸν ὅτι μηδὲν ἀδικοῦσιν.

Post hæc amicitia Ptolemæo coniunctus est & fœdere, data in matrimonium Cleopatra filia, & concessa dotis nomine Cœlesyria, vnà cum Phœnice, Iudæáque & Samaria: diuisísque inter vtrumque regem vectigalibus, optimates suæ quisque patriæ exactionem eorum redimebant, & collecta quæ imperata esset pecunia, conferebant eam in regium ærarium. Per ea tempora Samaritæ rebus secundis elati, sæpe Iudæos infestabant agros vastando, & abducendo in captiuitatem homines, maximè sub Onia pontifice. Post obitum enim Eleazari Manasses eius patruus pontificatum assumpsit, quo defuncto Onias successit in sacerdotium Simonis Iusti filius, quem Simonem Eleazari fratrem fuisse diximus.

Is Onias pusillanimis erat, & auarus: quæ causa fuit vt tributum, quod pro populo maiores eius de suo solebant regi pendere, talenta argenti viginti non soluendo, ad iram commouerit Ptolemæum Euergetem patrem Philopatoris. Qui misso Hierosolyma legato incusabat Oniam quod tributum non redderet: minabatúrque ni faceret regionem eius militibus suis se diuisurum, & nouas colonias eò deducturum. quod audientes Iudæi perterriti sunt, licet Onias perfricta fronte hæc contemneret, nihil curans præter pecuniam. IV.

Cap. IV.

Iosephus Tobiæ filius imminentem Iudæis calamitatem depellit, amicus Ptolemæo regi factus.

IOsephus autem quidam ætate iuuenis, sed honestate, prudentia, iustitia inter Hierosolymitas celebris, Tobia patre natus è sorore Oniæ pontificis, cùm indicio matris cognouisset de aduentu legati, fortè enim in Phichola natali vico aberat, veniens in vrbem inuectus est in Oniam, qui non curaret securitatem publicam, sed modò pecuniis parcat, coniiceret in periculum populum, à quo & reipub. administrationem & pontificalem honorem acceperat. Quòd si tanto amore pecuniæ teneretur, vt propter eam sustineat & patriam & ciues in discrimen adduci, iter saltem ad regem, & precibus obtineret ab eo vel totam, vel partem aliquam eius pecuniæ. Onia verò dicente neque principatum se morari, & pontificatum etiam, modò liceat libenter se depositurum: neque iturum ad regem, quum nihil curet hoc negotium: rogauit Iosephus num ipsi permitteret legationem publicam suscipere. Quo annuente ascendit in templum, & aduocata concione, hortatus est eos ne terreantur Oniæ sui auunculi negligentia, sed missa mœstitia meliorem securitatis spem concipiant. Seipsum enim iturum legatum ad regem, & causam eorum bona fide acturum, persuasurúmque ei quod irascatur immeritò.

Quibus auditis plebs gratias egit iuueni. Ipse A
verò egressus ex templo legatum regium excepit hospitio, & donatum pretiosis muneribus, lautéque per aliquot dies acceptum, præmisit ad regem, dicens se quoque mox secuturum. Iam enim magis etiam quàm antè accensus erat ad eam profectionem, quia legatus hortatus fuerat vt in Ægyptum veniret, operámque suam obtulerat: effecturum enim se vt quicquid opus haberet, à rege impetraret facilè. Vehementer enim captus est liberalibus honestissimi iuuenis moribus. Cæterùm B
reuersus in Ægyptum, denarrauit regi Oniæ ingratitudinem, multum interim prædicata Iosephi bonitate: quem breui venturum aiebat, & patrocinaturum populo, cuius curam propter pontificis segnitiem susceperit. Tantis denique iuuenem assiduè ornabat laudibus, vt & rex & regina Cleopatra erga absentem adhuc affecti essent optimè. at Iosephus missis in Samariam qui ab amicis pecuniam mutuo C
sumerent, satis iam instructus ad profectionem iumentis, vestibus & poculis, impensis in hæc viginti drachmarum millibus, peruenit Alexandriam. Forte fortuna ita accidit, vt illo ipso tempore ad regem venirent omnes Syriæ ac Phœnices vrbium principes ad emenda vectigalia, quæ singulis annis rex vendebat oppidanorum potentioribus. hi videntes Iosephum in itinere, deridebant eius tenuitatem & D
inopiam. qui cùm apud Alexandriam audissent, Memphi Ptolemæum esse, profectus est illi obuiam. Sedente autem rege in curru vnà cum regina & Athenione amico (is erat qui legatus Hierosolymis hospitio Iosephi vsus fuerat) conspicatus eum Athenio mox regi notum reddidit, dicens hunc esse illum iuuenem, cuius bonitatem ac liberalitatem Hierosolymis reuersus tantopere prædicauerat. Tum Ptolemæus & prior eum salutauit, & currum iussit E
conscendere. quo facto Oniam accusare cœpit. At Iosephus: Danda est, inquit, senectuti venia. Scis enim quòd senes & pueri eundem habent animum. Nos autem iuuenes officio nostro non deerimus, vt nihil de nobis meritò possis conqueri. Ex hoc primo colloquio rex degustata iuuenis ciuilitate, adeò cœpit eum amare vt iuberet eum diuersari in regia, & quotidie suæ mensæ adhiberet. quod cùm primates Syrorum viderent apud Alexandriam, F
indignè ferebant. Cúmque dies auctionis venisset, qua addicendâ erant vectigalia, licitabantur ea nobiles suæ quisque patriæ: & cùm octo millia talentorum colligerentur è vectigalibus Cœlesyriæ Phœnicésque & Iudææ ac Samariæ, accedens Iosephus culpabat illos licitatores, tanquam de composito tam paruum regi precium promitterent. Se enim paratum duplum numerare, relictis regi damnatorum G
confiscationibus, quę priùs publicanis solebant accedere. Rege verò libenter hæc audiente,

καὶ τὸ μὲν πλῆθος τούτων ἀκοῦσαι, πιχαίρειν τῷ
ἰωσήπῳ. καταβὰς δ' αὐτὸς ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ, ξενίᾳ
τε ὑποδέχεται τὸν Ἰώσηπον παρὰ τῷ Πτολεμαίου παρα-
βόλοτα, καὶ δωρησάμενος αὐτὸν πολυτελέσι δω-
ρεαῖς, καὶ ὅτι πολλὰς ἐσιάσας φιλοτίμως ἡμέρας, πρε-
πεμψε πρὸς τὸν βασιλέα, φράσας αὐτῷ, καὶ αὐτὸν ἀ-
κολουθήσειν. καὶ γὰρ ἐπὶ μᾶλλον ἐγεγόνει πρόθυμος
πρὸς τὴν ἄφιξιν τοῦ Ἰώσηπα τὸν βασιλέα, τῇ προσδο-
κίᾳ προεξενλαμβάνων, καὶ παραμυθησαντος εἰς Αἴγυπτον ἐλθεῖν,
καὶ πάντων ὧν αἰτήσαι παρὰ τοῦ Πτολεμαίου τυχεῖν
αὐτὸν παίσειν ὑποχηρθέντα. τὸ γὰρ ἐλευθέριον αὐτοῦ
καὶ τὸ σεμνὸν τῇ ἤθοις, λίαν ἠγάπησε. καὶ ὁ μὲν Ἰώσ-
βατὸς ἐλθὼν εἰς τοῦ Αἴγυπτον, ἀπήγγειλε τῷ βασι-
λεῖ τοῦ τῆς ὀνίου ἀγνωμοσύνου, καὶ ὡς τῆς τοῦ Ἰωσή-
που χρηστότητος ἐδήλου, καὶ ὅτι μέλλει πρὸς αὐτὸν ἥ-
ξειν, παραμυθούμενος τὸν ἀμαρτημάτων τὸ πλῆθος. εἶ
γὰρ αὐτῷ πρὸς ἀτιμίαν. ἀμέλει τοσαύτη ὡς τὴν ἐγκω-
μίων τοῦ νεανίσκου διετέλεσε χρώμενος πρεσβεία, ὥστε
καὶ τὸν βασιλέα, καὶ τοῦ γυναῖκα αὐτῷ κλεοπά-
τραν, προεδέδηκεν οἰκείως ἔχειν πρὸς τὸν Ἰώσηπον
ἔτι παρόντα. ὁ δὲ Ἰώσηπος ὑπαπέμψας πρὸς τοὺς
φίλους εἰς συμάρειαν, καὶ δανεισάμενος ἀργύριον, καὶ τὰ
πρὸς τοῦ ὑποδημίαν ἑτοιμασάμενος ἐσθῆτας τε καὶ
σκεύωματα καὶ ὑποζύγια, καὶ ταῦτ' ὡς ὡς ὑπὸ δισμυ-
ριάδας δραχμὰς ὡρασκευασάμενος, εἰς Ἀλεξαν-
δρειαν παρεγένετο. ἔτυχε δὲ κατ' ἐκεῖναν τὸν καιρὸν
πάντας ἀναβαίνειν τοὺς ἐκ τῆς πόλεων τῆς δ' συρίας καὶ
φοινίκης ὡρώτους καὶ ἄρχοντας, ὅπι τοῦ τελῶν ὠνοῦ.
κατ' ἔτος δὲ ταῦτα τοῖς δυνατοῖς τῆς ἐν ἑκάστῃ πόλει
ὑπῆρχεσεν ὁ βασιλεύς. ὁρῶντες οὖν ἔτοι κ' τοῦ ὁδὸν
τὸν Ἰώσηπον, ἐχλεύαζον ὅτι πενίᾳ καὶ λιτότητι. ὡς δ'
εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἀφικόμενος, ἐν μέμφει τὸ βασιλέα
Πτολεμαῖον ἥκουσεν ὄντα, ὑπαντιασόμενος ἀνέβαινεν αὐ-
τῷ. καθεζομένου δὲ τοῦ βασιλέως ὅτι ὀχήματος μετὰ τῆς
γυναικὸς, καὶ μετ' Ἀθηνίωνος τοῦ φίλου, ἔδοξε δ' οἱ ὁ ἀρισ-
βεύσας εἰς Ἱεροσόλυμα ὡς Ἰώσηπου ξενισθείς,
θεασάμενος αὐτὸν ὁ Ἀθηνίων, δὲ δὴς ἐποίει τῷ βασιλεῖ
γνώριμον, λέγων τοῦτον εἶ), ὡς δὲ ὁ Ἰώσηπος ἐξ
Ἱεροσολύμων ἀπήγγειλεν ὡς ἀγαθός τε εἴη καὶ φιλό-
τιμος νεανίσκος. ὁ δὲ Πτολεμαῖος, ὡρῶτος τε αὐτὸν ἠσπά-
σατο, καὶ ἀναβαίνειν ὅτι τὸ ὄχημα παρεκάλεσεν ἐν καθε-
δέντος ὡς τῆς ὀνίας θεατζομένων ἤρξατο ἐγκαλεῖν.
ὁ δὲ συγγίνωσκέ φησιν αὐτῷ δέ τὸ γῆρας. καὶ γὰρ λαν-
θάνει σε παῖδες, ὅτι καὶ τοὺς πρεσβύτας καὶ τὰ νήπια
τοῦ αὐτοῦ δέονται ἔχειν συμβέβηκε. πρὸς δὲ ἡμᾶς
ἔσαι σοι τῆς νέων ἅπαντα, ὡς τε μηδὲν ἀπασαθαι. ἡ-
δεὶς δὲ ὅτι τῇ χάριτι καὶ δωρεαπελίᾳ τοῦ νεανίσκου,
μᾶλλον αὐτὸν ὡς ἤδη πεπειραμένος ἀγαπᾶν ἤρξα-
το, ὡς ἔντε τοῖς βασιλείοις αὐτὸν καλοῦσαι ἐνδιατρῖ-
βῆ, καὶ καθημέρας ὅτι δ' ἐσιώσεως δ' ἰδίας ἔχων. γνω-
μένης δὲ ἐν ἀλεξανδρείᾳ τοῦ βασιλέως, ἰδόντες οἱ ὡρῶ-
τοι τῆς συρίας συγκαθεζόμενον αὐτῷ τὸ Ἰώσηπον, ἀπ-
δῶς ἔφερεν. ἐνιαυτὸς δὲ δ' ἡμέρας καὶ δ' ἐν ἔμελλε τὰ
τέλη πρασεῖσθαι τῶν πόλεων, ἠγόρασον οἱ τοῖς ἀξιώμασιν ἐν τοῖς πατρίσι διαφέροντες. εἰς ὀκτακισχίλια δὲ
τάλαντα συναθροιζομένων τῆς δ' κοίλης συρίας τελῶν, καὶ τῆς δ' φοινίκης καὶ Ἰουδαίας, σὺν τῇ σαμαρείᾳ,
προσελθὼν ὁ Ἰώσηπος, τοὺς μὲν ὠνητὰς διέβαλλεν ὡς συνθεμένους ὀλίγου αὐτῷ τιμὴν ὑφίσασθαι τῆς
τελῶν. αὐτὸς δὲ διπλασίονα δώσειν ὑποχνεῖται. καὶ τῆς ἀμαρτόντων εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, τὰς οὐσίας ἐ-
πιτίμων αὐτῷ. καὶ γὰρ καὶ τοῦτο τοῖς τέλεσι συνεπροσέκειτο. τῷ δὲ βασιλέως ἡδέως ἀκούσαντος,

καὶ ὡς

καὶ εἰς αὔξοντα τιὼ πρόσοδον αὐτοῦ κατανεύοντι· ἢ A
ἀνοιὼ τῶν τελῶν ὀνείρῳ φήσαντος, ἐρομένου ἢ εἰ τοῦτο, εἰ τοὺς ἐγγυησομένους αὐτὸν ἔχει δυνατούς, σφόδρα εἰς εἶπεν ἀπτερείνατο, δώσω γὰρ εἶπεν ἀνθρώπους ἀγαθοὺς τε καὶ καλοὺς, οἷς οὐκ ἀπιστήσετε. λέγειν ἢ τούτους οἵ τινες εἰσὶν εἰπόντος, αὐτὸν, ἔφη, ὦ βασιλεῦ σε, καὶ τὴν γυναῖκα τιὼ σιὼ, ἵνα ἑκατέρου μέρους ἐγγυησομένους δῶ σοί. γελάσας δ' ὁ Πτολεμαῖος, συνεχώρησεν αὐτῷ δίχα τῆς ὁμολογούσαν, ἔχειν τὰ B
τέλη. τοῦτο σφόδρα τοὺς ἀπὸ τῆς πόλεως εἰς τιὼ ἄγνοιαν ἐλθόντας ἐλύπησεν, ὡς παροδοιμηθέντας. οἱ μὲν ἐπαινοῦντες εἰς τὰς οἰκείας ἕκαστοι πατρίδας μετ' αἰσχύνης. ὁ ἢ Ἰώσηπος λαβὼν παρὰ τοῦ βασιλέως στρατιὰν δισχιλίους, ἠξίωσε γὰρ τινὰ βοήθειαν λαβεῖν, ἵνα τοὺς ἐν ταῖς πόλεσι καταφρονοῦντας ἔχῃ διάζεσθαι. καὶ δανεισάμενος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ παρὰ τῶν τοῦ βασιλέως φίλων τάλαντα πεντακόσια, εἰς συρίαν ἐξώρμησε. γνόμενος ἢ ἐν Ἀσκάλωνι, καὶ τοὺς φόρους ἀπαιτῶν C
τοὺς Ἀσκαλωνίτας, ἐπεὶ μηδὲν ἐβούλοντο διδόναι, ἀλλὰ καὶ παρεσύβριζον αὐτὸν, συλλαβὼν αὐτῶν τοὺς πρωτεύοντας ὡς εἴκοσι, ἀπέκτεινε, καὶ τὰς οὐσίας αὐτῶν εἰς χίλια τάλαντα, ἀθροισθείσας ἔπεμψε τῷ βασιλεῖ, δηλῶν αὐτῷ τὰ γεγονότα. θαυμάσας δ' αὐτὸν ὁ Πτολεμαῖος τὸ φρόνημα, καὶ τὴν παρεσκευασμένην ἐπαινέσας αὐτὸν, ἔφησεν αὐτῷ ποιεῖν ὅ τι βούλεται. τοῦτ' ἀκούσαντες οἱ σύριοι κατεπλάγησαν, καὶ D
τὸ μὲν δίκαιον τὰ ἀπειθείας χαλεπὸν ἔχοντες τοὺς τῶν ἀσκαλωνιτῶν ἄνδρας ἀπηρημένους, ἀνοίγοντες τὰς πύλας ἐδέχοντο θαρροῦντες τὸν Ἰώσηπον καὶ τοὺς φόρους ἐτέλουν. ὀπιχειροτονούντων ἢ καὶ σκυθοπολιτῶν ὑβρίζειν αὐτὸν, καὶ μὴ παρέχειν τοῖς φόροις αὐτῷ, οἷς μηδὲν ἀμφισβητοῦντες ἐτέλουν, καὶ τούτων ἀποδείξας τοὺς πρώτους, τὰς οὐσίας αὐτῶν ἀπέστειλε τῷ βασιλεῖ. συναγαγὼν ἢ πολλὰ χρήματα καὶ κέρδη ποιήσας μεγάλα ἀπὸ τῆς ὠνῆς τῶν τελῶν, εἰς τὸ δεκαπλασίαν τιὼ ὑπαρχούσαν αὐτῷ δύναμιν τοῖς ἔπειτα κατεχρήσατο, τὴν ἀφορμὴν αὐτῷ καὶ τιὼ πάθησιν τῆς τότε δυτυχίας τηρῶν, φρόνιμον ἡγούμενος, ἐξ αὐτῶν ἂν αὐτὸς ἐκπέπτω. πολλὰ γὰρ ὑπὸ χεῖρα τῷ βασιλεῖ καὶ τῇ κλεοπάτρᾳ δῶρα ἔπεμψε, καὶ τοῖς φίλοις αὐτῶν, καὶ πᾶσι τοῖς περὶ τιὼ αὐλιὼ δυνατοῖς, ὠνούμενος διὰ τούτων τιὼ εὔνοιαν τὴν παρ' αὐτῷ. ἀπήλαυσε ἢ τούτης τῆς δυτυχίας, ἐπ' ἔτη κδ'. πατὴρ μὲν γενόμενος ἐκ μιᾶς γυναικὸς, παίδων ζ'. ποιησάμενος ἢ καὶ ἐκ τῆς τοῦ ἀδελφοῦ σολυμίου θυγατρὸς ἕνα υἱκανὸν ὄνομα. γαμεῖ ἢ ταύτιν ἐξ αἰτίας τοιαύτης. συνὼν τῷ ἀδελφῷ ποτὲ εἰς ἀλεξάνδρειαν ἐλθὼν ἄρτι τὴν θυγατέρα γάμων ὥραν ἔχουσαν, ὅπως αὐτιὼ συνοικήσῃ τινὶ τῶν ἐπ' ἀξιώματος ἰουδαίων, καὶ δεινῶν ὄντα τῷ βασιλεῖ, ὀρχηστρίδος εἰσελθούσης εἰς τὸ συμπόσιον ἀώρεπους, ἐρασθεὶς τοῦ ἀδελφοῦ τῆς τοῦτο μιμεῖται, παρακαλῶν αὐτὸν ἐπεὶ καὶ νόμῳ κεκώλυται τοῖς ἰουδαίοις ἀλλοφύλῳ πλησιάζειν γυναικὶ, συγκρύψαντα τὸ ἁμάρτημα καὶ δέκονον ἀγαθὸν γνώμονα, ὅπως αὐτοῦ ὡς τὸ πληρῶσαι τὴν ἐπιθυμίαν. ὁ ἢ ἀδελφὸς ἀσμένως δεξάμενος τιὼ δέκονίαν, κοσμήσας τὴν αὐτοῦ θυγατέρα νυκτὸς ἦγαγε πρὸς αὐτὸν, καὶ συγκατεκοίμησεν. ὁ ἢ ὑπὸ μέθης ἀγνοήσας τὸ ἀληθὲς, συνέρχεται τῇ τοῦ ἀδελφοῦ θυγατρί. καὶ τούτου γνωσθέντος πολλάκις, ἠρώτα σφόδρα τὸν ἀδελφὸν ὡς κινδυνεύοι τὸ ζῆν ἕρων τῆς ὀρχηστρίδος, ἧς ἴσως οὐκ ἂν αὐτῷ δῶ χωρήσειν τὸν βασιλέα.

& vt amplificatori redituum suorum addicturum se promittente, rogante tamen ecquos fideiussores haberet, festiuè respondit, datarum se homines probos & honestos, quibus non grauaretur credere. Quos vt proferret postulatus: Te, inquit, rex dabo, tuámque coniugem, vt alter alteri pro me fideiubeat. Tum rex arridens permisit eum absque fideiussione habere vectigalia. id quod valde molestum fuit his qui posthabiti fuerant, non sine pudore in patriam reuertentibus. Iosephus autem acceptis à rege duobus militum millibus, quos ideo petierat vt posset contumaces in vrbibus vi cogere, & mutuatus Alexandriæ ab amicis regis quingenta talenta, profectus est in Syriam. Et cùm venisset Ascalonem, tributúmque à ciuibus exigeret, & non solùm nihil acciperet, sed conuitiis etiam appeteretur: comprehensos circiter viginti eorum primates affecit supplicio: & redactis ex eorum facultatibus mille talentis, regi eam pecuniam transmisit, indicans quidnam egerit. Ptolemæus autem miratus eius prudentiam, & approbato quod egerat, permisit ei quicquid vellet facere. Hoc audito Syri, exemplo recenti castigatæ in Ascalonitis inobedientiæ territi, patentibus portis Iosephum excipientes tributa soluebant. Cúmque etiam Scythopolitæ per contumaciam detrectarent imperata more solito tributa dependere, horum quoque necatis primatibus, facultates damnatorum ad regem misit: comparatísque multis pecuniis & multa lucratus ex redemptione vectigalium, his opibus ad constabiliendam præsentem potentiam vsus est, prudenter existimans optimum esse iam partam felicitatem tueri ex ipsius reditibus. multa namque munera regi atque reginæ in manum mittebat, multa etiam horum amicis & omnibus in aula potentibus, beneuolentiam eorum hoc pacto sibi concilians. Vsus est autem ea prosperitate per annos XXII. ex vna vxore procreatis septem filiis, suscepto etiam vno ex fratris Solymij filia, nomine Hyreanon quam hac occasione duxit coniugem. Cùm aliquando venisset Alexandriam cum fratre, ducente secum filiam nubilem, vt eam ibi alicui nobili Iudæo nuptum traderet: cœnans cum rege, ingressam in conuiuium formosam saltatriculam adamauit, soliique fratri hoc indicauit, rogans vt quandoquidem lege vetaretur habere rem cum fœmina alienigena, subseruiret ei vt clàm ea potiri posset. Frater verò libenter operam suam pollicitus, ornatam filiam suam noctu ad eum adduxit, & in lectum eius collocauit: atque ita parum sobrius, per errorem cum fratris filia congressus est: & cùm hoc sæpius fecisset, magis etiam in amorem accensus, conquestus est apud fratrem quòd periculum esset, ne non posset excutere amorem saltatriculæ, quã forte rex nollet ei cedere.

Tum Solymius ait non esse opus vt hac de re sit anxius, licere enim ei frui amata muliere, atque etiam vxorem eam ducere: fassus quòd maluerit filiæ fieri iniuriam, quàm fratrem tale dedecus in se admittere. Iosephus collaudata tam fraterna beneuolentia, vxorem duxit eius filiam: ex eáque genuit quem diximus, Hyrcanum filium. Is cùm annos natus tredecim adulescens adhuc generosam & prudentem præ se ferret indolem, fratrum in se concitauit odia, quòd eos in omnibus videretur antecellere. Iosephus enim volens cognoscere quísnam ex his ad virtutem esset idoneus maximè, vnumquemque misit ad eos qui tum professione disciplinarum erant celebres: illi verò propter segnitiem & laborum impatientiam indocti domum reuersi sunt. Deinde minimum natu Hyrcanum cum trecentis iugis boum misit itinere septem dierum in solitudinem, vt illic sementem faceret: sed prius subtractis clàm loris, quibus arator boues ad iugum solet astringere. Quò postquàm peruentum est, cùm non haberet lora, contempto bubulcorum consilio, suadentium aliquem ad patrem mittere qui adferret: nolénsque interim expectando eorum reditum tempus perdere, commentus est quiddam veterano duce magis dignum quàm id ætatis homine. Mactatis enim decem iugis carnes quidem in operarios distribuit: sectis autem tergoribus, & loris inde factis, iuga hoc modo bubus aptauit: & hoc modo arata terra quam pater proscindi iusserat, sementéque facta, domum rediit. Pater autem reuersum exosculatus ob prudentiam & acumen ingenij, & quòd excogitata auderet aggredi, vt solum germanum filium, magis etiam posthac amauit, indignè ferentibus reliquis fratribus. Interea venit quidam nuncians quòd regi Ptolemæo natus sit filius: verfique omnes Syriæ magnates cum subditis ad lætitiam, natalem pueri celebrabant, ac deinde Alexandriam gratulatum sunt profecti magno apparatu, Iosepho ob ætatem iam grauantem domi manere coacto. pertentauit tamen filiorum animos, num quis ex his vellet eam profectionem suscipere: & recusantibus cæteris, quòd se negarent scire mores aulicos, quomodo versandum sit cum regibus, suadentibúsque vt Hyrcanum fratrem mitteret: libenter hoc audito, statim eum aduocat: rogátque ecquid liberet, aut idoneum se putaret, qui ad regem salutatum accederet. qui cùm promptè eam profectionem susciperet, & modica pecunia sibi opus fore diceret: velle enim se frugaliter viuere, vt decem drachmarum millia sufficiant, admodum lætatus est filij prudentia. Deinde puer cùm aliquandiu siluisset, suasit patri ne domo quicquam munerum regi mitteret: sed vt ad procuratorem suum Alexandrinum scriberet, vt pecuniam ipsi præberet ad emendum regi id quod inueniret pulchertimum & pretiosissimum. Ille verò ratus decem fortasse talenta impensurum in munera, & comprobato filii consilio, scripsit procuratori Arioni,

τῦ ἢ ἀδελφοῦ, μηδὲν ἀγανακτῶν ἐφ' ἁλουσῶν, ἀπολαύειν δ' ἧς ἐρᾷ μετ' ἀδείας, & γυναῖκα ἔχειν αὐτὸν φήσαντος, & τἀληθὲς αὐτῷ φανερὸν ποιήσαντος, ὡς ἕλοιτο μᾶλλον τὸν ἰδίαν ὕβριν ἀνασχέσθαι, ἢ τοιοῦτόν ἐπ' αἰσχύνῃ γνώμενον. ἐπαινέσας αὐτὸν ὁ ἰώσηπος τ φιλαδελφίας, συνέφησεν αὐτῷ τῇ θυγατρὶ, ἢ παῖδα ἐξ αὐτῆς ἐγγένεσθαι ὑπακοὸν ὄνομα ὡς τοιοῦτον ἐκ τοιούτων γνώμενον. ἐπεὶ δὲ ὧν τῇ ἡλικίᾳ ὁ παῖς νεώτερος ἐπεδείκνυτο τὸν φυσικὸν αἰδρείαν ἢ συνίσιν, ὡς ζηλοτυπηθῆναι δεινῶς αὐτὸν ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν, ὅτι πολὺ κρείττονα ἢ φρονιθέστερον ἐνόμιζον, τῷ ἢ ἰωσέπου γνώναι θελήσαντος τίς αὐτῶν τῶν υἱῶν τοῖς ἀγῶσι διέφυκε, ἢ καθένα πέμψαντος πρὸς τοὺς παιδεύειν τότε δόξαν ἐχόντας, οἱ λοιποὶ μὲν ὑπὸ ῥᾳθυμίας ἢ τ πρὸς τὸ φιλεργεῖν μαλακίας, αὐόητοι & ἀμαθεῖς ἐπανῆκον αὐτῷ. μόνῳ δ' ἐκείνους τὸν νεώτατον ὑρκανὸν δοὺς αὐτῷ τ ζεύγη βοῶν, ἐξέπεμψεν οὐδὲν ἡμερῶν β εἰς τὸν ἐρημίαν, ἀπεσιώπα τὸν γῆν, ἀποκρύψας τοὺς ζευγατήρας ἱμάντας. ὁ ἢ γνόμενος ἐν τῷ τόπῳ & τοὺς ἱμάντας οὐκ ἔχων, τῆς μὲν τοῦ βουλατοῦ γνώμης κατηλόγησε, συμβαλλόντων πέμπειν πρὸς τὸν πατέρα κομιοῦντας τινὰς τοὺς ἱμάντας. τὸν ἢ νεανίσκον ἡσυχάζοντα μὴ δεῖν ἀπολλύειν ἀφεμένους τοὺς ἀποσαλησομένους, ἐπενόησέ τι στρατηγικὸν ἢ τ ἡλικίας πρεσβύτερον. καταφάξας γὰρ δέκα ζεύγη, τὰ μὲν κρέα τοῖς ἐργάταις διένειμε. τιμὰν ἢ τὰς δορὰς αὐτῷ, καὶ ποιήσας ἱμάντας, ἐπέδυσε τούτοις τὰ ζυγεῖα, καὶ τοῦτον τὸν τρόπον ἀρέσας, ἕως ὁ πατὴρ αὐτῷ προσέταξε γεῖν, ὑπέστρεφε πρὸς αὐτόν. ἐλθόντα δ' ὁ πατὴρ ἐφηγάπησε τὸ φρονήματος, ἢ τὸν ὀξύτητα τῆς διανοίας, καὶ τὸ ἐπ' αὐτῇ τολμηρὸν ἐπαινέσας, ὡς μόνον ὄντα γνήσιον, ἔτι μᾶλλον ἔστεργε, ἀχθομένων τῶν ἀδελφῶν ὅτι τοῦτο. ὡς δ' ἀπήγγειλε τὸν αὐτῷ, κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν υἱὸν τῷ βασιλεῖ πτολεμαίῳ γεγονέναι, καὶ πάντες οἱ ἐπιφανεῖς τῆς συρίας ἢ τῆς ὑπηκόου χώρας ἑορτάζοντες τὸν γενέσιον ἡμέραν τὸ παιδίου, μετὰ μεγάλης φαντασίας εἰς τὸν ἀλεξάνδρειαν ἐξώρμων, αὐτὸς μὲν ὑπὸ γήρως κατεῖχετο. τῷ δ' υἱῶν ἀπεστείλατο εἴ τις αὐτῷ βούλεται ἀπελθεῖν πρὸς τὸν βασιλέα. τῷ ἢ πρεσβυτέρων παραγησαμένων, ἢ πρὸς τὰς τοιαύτας συνουσίας ἀγοητικώτερον ἔχειν φησάντων, τὸν ἀδελφὸν ἢ ὑρκανὸν πέμπειν συμβαλλόντων, ἡδέως ἀκούσας, καλεῖ τὸν ὑρκανὸν, καὶ εἰ δύναιτο πρὸς τὸν βασιλέα βαδίσαι, καὶ εἰ εὔθυμος ἔστιν ἀπιέναι. ἐπαγγελλομένου ἢ πορεύεσθαι, ἢ δεῖσθαι χρημάτων οὐ πολλῶν φήσαντος εἰς τὴν ὁδὸν, ζῆσεσθαι γὰρ ὀλιγίστοις, ὥστε ἀρκέσειν αὐτῷ δραχμὰς μυρίας, ἥδη ἢ παιδὸς τῇ φρονήσει. δαλίπων δ' ὀλίγον ὁ πατὴρ συνεβούλευσε τῷ πατρὶ, δῶρα μὲν αὐτόθι μὴ πέμπειν τῷ βασιλεῖ. δοῦναι δ' ὅπως ὀλίγου πρὸς τὸν ἀλεξάνδρεια οἰκονόμον, ὅπως αὐτῷ παρέχῃ πρὸς ὧν ἂν αὐτὸς εὕρῃ καλλίστων καὶ πολυτελῶν χρήματα. ὁ ἢ νομίζων δεκὰ τάλαντον ἔσεσθαι τὴν εἰς τὰς δωρειὰς τῷ βασιλεῖ δαπάνην, καὶ τὸν υἱὸν ἐπαινέσας ὡς παραινοῦντα καλῶς, γράφει τῷ οἰκονόμῳ ἀρίωνι,

ὃς ἀ-

ὀφείλοντα τὰ ἐν ἀλεξανδρείᾳ χρήματα αὐτῷ διάκει, A
ἐκ ὀλίγα ἐλάσσω τεσσαράκοντα ταλάντων. ὁ γὰρ ἰώσηπος
πέμπειν εἰώθει τὰ ἀπὸ τῆς συρίας χρήματα ἐπέμπτειν εἰς τὴν ἀλεξάν-
δρειαν, καὶ παραθεσμίας ἐπισαμένης καθ' ἕκαστον ἔτος τῷ
βασιλεῖ τοὺς φόρους ἀπαριθμεῖν, ἐγεγράφει τῷ ἀρίω-
νι τοῦτο ποιεῖν. πρὸς οὖν τοῦτον ἀπαστείλας τὸν πατέ-
ρα ⁊ λαβὼν ἐπιστολὰς, εἰς τὴν ἀλεξάνδρειαν ὥρμη-
σεν. ἐξελθόντος δ' αὐτοῦ, γράφουσιν οἱ ἀδελφοὶ πᾶσι B
τοῖς τοῦ βασιλέως φίλοις, ἵνα αὐτὸν διαφθείρωσιν. ὡς
δ' ἐπυνθάνετο παρὰ τοῦ ἀρίωνος τὴν ἀφορμὴν τῆς
ὁδοῦ, ἀπέδωκε τῷ ἀρίωνι τὴν ἐπιστολήν, ἐπερωτήσαντος αὐτὸν, πόσα
βούλεται τάλαντα λαβεῖν, ἤλπιζεν δ' αὐτὸν δέκα,
ἢ μικρῷ πλείω τούτων, εἰπόντος χιλίων χρῄζειν,
ὀργισθεὶς ἐπετίμησεν αὐτῷ, ὡς ἀσώτως ζῆν διαγνω-
κότι. καὶ πῶς ὁ πατὴρ αὐτοῦ συναγάγοι τὴν οὐσίαν,
ὡς πόνων καὶ ταῖς ὑπομνήσεσιν αὐτὸν ἐχρῆν ἐθίλου, ⁊ μι- C
μεῖσθαι αὐτὸν ἄξιον ἡγεῖσθαι τῶν ἡγησαμένων. δώσειν
δ' ἐδὲν πλέον τριάκοντα δέκα, καὶ ταῦτ' εἰς δωρεὰς
τῆς βασιλέως. παρωξυσθεὶς ὁ παῖς, εἰς δεσμὰ τὸν
ἀρίωνα ἐνέβαλε. τῆς δὲ τοῦ ἀρίωνος γυναικὸς, τοῦτο
μηνυσάσης τῇ κλεοπάτρᾳ, καὶ δηλωσάσης ὅπως ὑπε-
πλήξη τὸν παῖδα, σφόδρα γὰρ ἦν ὁ ἀρίων ἐν τιμῇ παρ'
αὐτῇ, φανερὸν τῷ βασιλεῖ τοῦτο ἐποίησεν ἡ κλεοπά-
τρα. ὁ δὲ πολεμάρχος πέμψας πρὸς τὸν ὑρκανὸν, D
θαυμάζειν ἔλεγε πῶς ὑπὸς αλεὶς πρὸς αὐτὸν ὑπὲρ τοῦ
πατρὸς, ὅτε ὀφθείη αὐτῷ, καὶ πρόσπτ δώσειε τὸν οἰ-
κονόμον. ἐλθόντα οὖν τὴν αἰτίαν αὐτῷ μηνύειν ἐκέ-
λευσε. τὸν δὲ φασὶν ὑποκινάμενον τῷ πρὸς τοῦ βασι-
λέως λέγειν αὐτῷ, ὅτι νόμος ἔξι παρ' αὐτοῖς κωλύων
τὸν ἡγνοηθέντα γεύσασθαι θυσίας, πρὶν εἰς τὸ ἱερὸν
ἐλθῃ καὶ θύσῃ τῷ θεῷ. κἀ δὴ τοῦτον τὸν λογισμὸν, ὡς δ'
αὐτὸν ἐλθεῖν πρὸς αὐτὸν, πρεμνίσοντα δῶρα κομίσαι E
τοῦ πατρὸς διαλύτην ἡγεμόνα. τὸν δὲ δοῦλον κολάσαι
πρὸς ἀκόσαντα ὧν προσέταξε. διαφέρειν γὰρ ἐδέν, ἢ
μικρὸν εἴη τινὰ διαστόλην ἢ μέγαν. ἀ οὖν μὴ κολά-
ζωμεν τοὺς τοιούτους, καὶ σὺ πρόσδοκα τοῦ τῆς ἀρχομέ-
νων καταφρονηθήσεσθαι. ταῦτ' ἀκούσας ὁ πολεμαῖος,
εἰς γέλωτα ἐτράπη, ⁊ τὴν μεγαλοφροσύνην τοῦ παι-
δὸς ἐθαύμασε. μαθὼν δ' ὁ ἀρίων ὅτι τοῦτον ὁ βασιλεὺς F
διετέθη τὸν τρόπον, καὶ ὅτι μηδεμία βοήθεια ἐστὶν αὐ-
τῷ, δοὺς τοῦ χίλια τάλαντα τῷ παιδὶ, τῷ δεσμῷ ἀ-
πελύθη. καὶ ἓξ ἡμέραις ὁ ὑρκανὸς, πᾶσι ἀσω-
τοῦ τοῖς βασιλεῖς. ὁ δ' ἀσωμένος αὐτὸν εἶδον, καὶ φιλο-
φρόνως εἰσίασαν ἀλλὰ τὴν πρὸς τὸν πατέρα τιμήν.
λάθρᾳ δ' πρὸς τοὺς ἐμπόρους ἐλθὼν, ὠνεῖται παρ'
αὐτῷ παῖδας μὲν ἑκατὸν γεγραμματισμένους καὶ
ἀκμαιοτάτους, ἑνὸς ἕκαστον τάλαντον. ἑκατὸν δ' παρ- G
θένους δ' αὐτῆς τιμῆς ἐκέλευε. κληθεὶς δ' ἐφ' ἑστίασιν
πρὸς τὸν βασιλέα, μὴ τῷ πρώτων τῆς χώρας, ὑπο-
καθημένων πάντων, καταφρονηθεὶς ὡς παῖς ἔτι τὴν
ἡλικίαν ὑπὸ τῶν τοὺς τόπους καὶ τὴν ἀξίαν διαγραφόντων.
τῷ δ' ἐπιπαρακειμένων πάντων τῷ μερῶν τὰ ὀστᾶ,
ἀπέρριψεν ὁ αὐτοὶ τὰς σάρκας, σπαράττοντων ἅμα περὶ τὸν
τὸν ὑρκανὸν, ὡς πληρώσαι τὴν ἐπικειμένην αὐτῷ ἁρπεζαν, τρύφων, ὃς ἦν τοῦ βασιλέως ἄθυρμα, καὶ
πρὸς τὰ σκώμματα ⁊ τοὺς ἐν τοῖς ποτοῖς γέλωτας αἰεὶ δεινὸς, παρακαλέσαντα αὐτὸν τῷ κρεοφα-
γούντων τῇ τραπέζῃ, πάρεσ ὦ τοῦ βασιλεῦ ὁρᾷς, εἶπεν, ὦ δέσποτα, τὰ παρακείμενα ὑρκανοῦ ὀστᾶ; ἐκ τού-
του σόχασε ὅτι καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ τὴν οὐσίαν ἅπασαν ἀφείδυσε, ὡς οὐδὲ ταῦτα τῶν σαρκῶν ἐγύμνωσε.

qui omnem ipsius pecuniam tractabat Alexandriæ, talentorum circiter tria millia. Iosephus enim pecunias in Syria collectas solebat eò mittere, & quoties præstitutum tempus veniret tributa regi admumerandi, Arionem hoc iubebat facere. Ad hunc igitur acceptis à patre literis, Alexandriam proficiscitur: móxque fratres ad omnes regios amicos scripserunt, vt eum aliquo modo perderent. Vt verò exacto itinere Arioni epistolam reddidit, rogatus quótnam talenta vellet accipere: putabat enim decem petiturum aut non multo amplius: vt respondit mille sibi opus esse; iratus procurator obiurgauit eum acriter, quòd vellet ea per luxum perdere: monebátque vt sequeretur exemplum patris, qui eam pecuniam laboribus & temperantia parauerat. Se enim non plus quàm decem præbiturum, & ea non in alium vsum quàm vt mercaretur regi munera. Ibi puer iratus Arionem coniecit in vincula. Procuratoris autem vxore reginæ hoc tenunciante, & rogante vt puerum compesceret: gratiosus enim apud Cleopatram Arion fuerat: ex regina hoc rex didicit. ac mox per quendam missum ad Hyrcanum mirari se nunciat, cur ad se à patre missus, non modò in conspectum non veneriti sed procuratorem etiam patris sui vinxerit. iubebátque vt veniret, ac causam eius facti diceret. Ille contrà regi nunciari iubet, legem esse Iudæis ne quis gustaret de sacrificio, priusquàm adito templo mactasset victimas: eáque ratione nec ipsum hactenus regem salutasse, expectantem dona quæ offerret regi de parente suo bene merito. Seruum autem iure se puniisse, qui mandata eius contemneret. Nihil enim differre inter maiorem & minorem dominum. Nisi enim tales dent pœnas meritas, expectandum mox ipsi regi vt contemnatur à subditis. His auditis rex risit, miratus tam magnum in puero animum. Arion autem postquam hoc cognouit, nihil sperans à rege præsidij, datis adolescenti mille talentis liberauit se à vinculis. Elapsis deinde tribus diebus, salutaturus reges accessit: à quibus libenti animo exceptus, & mensæ communi est adhibitus, in parentis sui gratiam. móxque clàm aditis negotiatoribus, emit ab eis centum pueros formosissimos, & literarum peritissimos, talento singulos, & totidem puellas eodem pretio. tum vocatus ad conuiuium regium cum principibus, infimo loco iussus est accumbere, propter ætatem posthabitus ab his quorum hoc erat officium. reliquis autem conuiuis ossa partium absumpta carne ante Hyrcanum congerentibus, Tryphon quidam quo plurimum in conuiuiis rex delectabatur, propter scommata & facetias hominis, rogatus à conuiuis ad regem se vertit, & Vidén, inquit, domine, quantum ossium ante Hyrcanum iaceat. Hinc igitur colligè quòd & pater eius totam Syriam ita spoliat, quemadmodum hic ossa nudauit carnibus,

rens eiuſdem notam ſceleris, & fratrum diſturbans beneuolentiam, diſſidiisque miſcens omnia: & poſt hæc auſus es patrem vocare beſtiam, ipſe venatiſſimis quibuſque beſtiis nocentior, proprio veneno abutens in coniunctiſſimos optiméque de te meritos, muniensque te cuſtodibus ac variis tam virorum quam mulierum technis contra vnum ſenem, quaſi non tua ſola ſceleſta mens ſatis eſſet ad explēdū odium. Et nunc poſt tortos tua cauſa viros & mulieres, ſeruos & ingenuos, poſt aperta coniuratorum indicia, audes veritati contradicere: & qui dudum patrem ſperaſti è rebus humanis tollere, nunc quantum in te eſt conaris legem quoque contra tui ſimiles ſcriptam abolere, ſimúlque Vari æquitatem, omnémque quanta eſt in rerum natura iuſtitiam: an ideò mentitos dices tormentis examinatos, vt fidem abroges patris tui ſeruatoribus? tibi ſcilicet in tormentis plus credendum eſt. Non liberabis tegem Vare à cognatorum iniuriis? non dabis neci hanc peſſimam beſtiam, pietatem erga genitorem ſimulantem in fratrum perniciem, ac deinde vt ſolus regnet deprehenſum inſtruendis illis capitalibus inſidiis? Scis parricidium non priuatum eſſe crimen, ſed publicā vitæ ac naturæ iniuriam, quod cogitatum etiā non minus quàm perpetratum contaminet: imo quod qui non punit, & ipſe in naturam parentem eſt iniurius. Poſt hęc matris eius quædā adiecit: quæ illa garrulitate muliebri effutierat. conſultos vates de regno, & ſacris exitialibus impetitum regis caput: tum libidinoſas & ebriolas Antipatri volutationes cum Pheroræ mulieribus. quæque ad teſtimonia pertinerēt per tormenta elicita, multa & varia, partim præmeditata, partim repentina neceſſitate expreſſa, atque hoc ipſo certiora. Homines enim quicquid antea metu Antipatri ſilentio texerant, poſt verſam eius fortunam videntes accuſationibus inimicorum obnoxiam, odia in eum ſua exaturabant. Attamen non ita aliorum odiis grauabatur, vt propriis ſceleribus, hoſtili in patrē animo, diſturbata fratrum concordia, commiſſis inter ſe domeſticis omnibus: vt qui nunquam nec odia iuſta exerceret, nec amicitiæ fidem coleret, niſi quatenus ſibi videretur commodum. idque cùm iamdudum à multis eſſet obſeruatum, quo quiſque erat æquitatis amantior, eò grauior illi fuit aduerſarius: & quàm primùm tutò licuit, magnis vociferationibus reum vrgebant, quicquid ſcirent certatim prodentes: cúmque variorum criminum proferrentur indicia, nihil tamen fingi apparebat, quòd neque ad regis gratiam loquerentur, neque periculi metu ſilentio quicquam tegerent, ſed damnarent omnes ſceleſtos conatus Antipatri: eúmque non tam ob patris ſecuritatem quàm ſuo metipſius merito de medio tollendum cenſerent, & tradendum ſupplicio. nec hi ſoli qui interrogabantur eum accuſabant, verùm etiam ſpontanei delatores plerique aderant: ita vt licèt callidiſſimus eſſet mendaciorum artifex, & frontis perfrictiſſimæ, tamen ne hiſcere quidem

contrà valeret. Postquam autem Nicolaus accusare eum & conuincere destitit, tum Varus potestatem ei dicendi pro se fecit, si quid haberet quo declararet suam innocentiam. Se enim nihil magis optare, & idem patrem quoque eius optare scire: quàm ne in vllo obiecto deprehenderetur crimine. At ille pronus in faciem & supplicabundus humi iacens, Deũ conscientiæ suæ inspectorem obtestabatur, vt euidenti aliquo signo probaret alienum se ab omni culpa, nec quicquam vnquam molitum in patris perniciem. Is enim est mos malorum omnium, vt quoties nefarium aliquod facinus aggrediuntur, nihil non sibi permittant, nullo respectu diuini numinis. cùm autem suis sceleribus incidérunt in periculum, tum demum illis in mentem venit Deus, per cuius inuocationem & testimonium volunt eripi, fingentes se cuncta illius arbitrio permittere: id quod tum quoque Antipatro vsu euenit: qui cùm antè omnia sic gessisset quasi nullum numen interesset rebus mortalium, imminente vltione destitutus iuris præsidiis, ad diuinam confugiebat potentiam, se in hoc diuinitus seruatum asseuerans, vt pro incolumitate patris excubias ageret. Tum Varus cùm crebris interrogationibus nihil eliceret, illo Deũ tantùm inuocante, videns alioqui nullum fore finem, iubet proferri venenum in medium, vt quánam vi ptæditum sit experimento posset colligere: quod mox allatum, & ad bibendum datum cuidam damnato capitis, sine mora necauit hominem. quo facto surgens abiit è concilio, & sequenti die Antiochiam profectus est, vbi plurimum solebat degere, quòd illic esset Syrorum regia. Herodes verò confestim vinxit filium, omnibus ignorantibus quęnam fuissent eius cum Varo ante discessum colloquia, coniectura tamen erat cuncta regẽ facere ex illius sententia. coniecto deinde in carcerem, Romam Cæsari de eo significauit per literas, missis etiam qui coràm eloquerentur mandata, docerentque quàm scelerata sit hominis malitia. Per eosdem dies interceptæ sunt Antiphili ad Antipatrum ex Ægypto missæ literæ: quibus solutis hæc in eis scripta rex ipse comperit. Misi ad te Acmes literas, etiam cum vitæ meæ periculo: scis enim quòd si deprehenderer, infestas mihi duas potentes familias redderem. Tu dabis operam vt rem geras feliciter. Atque hoc fuit argumentum huius epistolæ: rex autem diligenter requisiuit etiam alteram. ea tamen nusquam comparebat, & seruus Antiphili negabat se attulisse vllam præterea. & cùm diutiùs hærerent, vnus ex amicis regiis animaduersa quadam futura in interiore serui tunica (nam duabus erat indutus) suspicatus est in ea plica celatas literas: nec eum sua fefellit opinio: depromptáque est inde epistola hæc ferè continens. Acme Antipatro. Scripsi patri tuo quales iussisti literas: & adieci confictum exemplar epistolæ quasi à Salome ad dominam meam missæ: qua lecta scio quòd pœnas ab ea tanquam ab insidiatrice exiget. Ea verò quàm à Salome scriptam videri

A τὴν ἰχνεύειν ἐσφέρεσθαι. νικολάου δ' παυσαμένου τὴν τε λόγων & τὴν ἐλέγχων, ἄφορος ἐπέλυσεν αὐτὸν πρότερον ἐπ' ἀπολογίᾳ τὴν ἐγκληθέντων χωρεῖν, εἴ πως αὐτὸν φανήσοιτο τῷ μὴ ἐνόχῳ τοῖς ὑπενεχθεῖσιν εἶναι. καὶ γὰρ αὐτὸς ἀνέχεσθαι καὶ τὸν πατέρα εἰδέναι τὴν ὁμοίων ἀνέχόμενον, μηδὲν αὐτὸν ἀδικοῦντα φωρᾶν. ὁ δ' ὡς τάχιστα ἔκειτο ἀπατεξαμένος, τόν τε θεὸν, καὶ πᾶσι προσιθεὶς τὸ ὑπομαρτυρῆσαι αὐτῷ μηδὲν ἀδικεῖν, ἢ τεκμηρίοις ἐμφανέσι φήνασθαι, μὴ ἂν ὑπόβουλον αὐτὸν τῷ πατρὸς γενέσθαι. εἰωθότες μὲν καὶ πάντες οἷς ὑπολείπει ἀρετῆς, ὁπόταν μέν ἐγχειρῆταί τινα κακῶν, εἰ ἔν τισ' εἴη τὸ πᾶσι τὸ φῶς τὸ τυχὸν ἀφορήσαντες γνώμῃ τῇ αὐτῶν ὑπὸ τὰ ἔργα χωρεῖν. ὁπόταν δ' φωρώμενοι κινδυνεύοιεν δίκην ὑποσχεῖν, κατ' ὀλίγον αὐτὸ μαρτυρεῖν τὰ πάντα ὑπείρεσιν. ὃ δὴ καὶ τῷ αντιπάτρῳ συμβεβήκει. τὰ πάντα γὰρ ὡς ἐν ἐρημίᾳ τῷ θείῳ ἀκαταφρονήτως, καταργήσας αὐτὸν παντάχοθεν ἡ δίκης ἀπορία τὴν ἀλλαχόθεν δικαιωμάτων οἷς ἀπολύσαιτο τὰ ἐγκεκλημένα, αὖθις ἐπαφορίσεις τῇ ἀρετῇ τὸ θείου, μαρτυρίαν ὑπισχνῶν αὐτῷ, ὅπερ ἰσχύι τῇ ἐκείνου φοβούμενος εἰς μέσους φήναι, ὁπόσα φόβῳ τὸν πατρὸς φράσειν ὤλμᾶν ἐκέλευεν. ὁ δ' ἄφορος, ἐπειδὴ πολλάκις ἀνακείνων τὸν αντίπατρον, ὑδὲν δείσκετο πλέον τῆς ἀνακλίσεως τῷ θεῷ, ὁρῶν ἀπέραντον ὂν τὸ μνόμιον, ἐκέλευσε τὸ φάρμακον εἰς μέσους ἐνεγκεῖν, ἵν' εἰδῇ τὴν πειθοῦσαν αὐτὸν δύναμιν. καὶ κομισθέντος, τὸν δὴ θανάτῳ τὸν ἁλωκότων πίνει κελεύσαντος ἄφορου, ἡ φήμη ἔθανε. τότε δ' ἐξαναστὰς ἀπέρχεται τῷ συνεδρίου, καὶ τῇ ἐξῆς ἐπ' αὐτοχείας, οὗπερ δὴ τὸ πλεῖστον ἦσαν αὐτῷ αἱ ἐφέτειαι, ἐφ' τὸ σύνεδρίου τοῦτο βασίλειον εἶναι. ἡρώδης δ' φήμη μὲν ἔδησε τὸν υἱόν. ἀδήλοι δ' τοῖς πολλοῖς ἦσαν αἱ ἀφέσεις πρὸς αὐτὸν ὁμιλίαι, καὶ τί εἰπὼν ἀπελήλυθει. εἰκάζετο δὲ τοῖς πολλοῖς γνώμῃ τῇ ἐκείνου φράσειν ὁπόσα περὶ τὸν αντίπατρον ἔφραξεν. δήσας δ' αὐτὸν εἰς ῥώμην ὡς καίσαρα ἐκπέμπει γράμματα περὶ αὐτοῦ, καὶ τοὺς ἀπὸ γλώσσης διδάξοντας τὴν καίσαρα τὴν κακίαν τοῦ αντιπάτρου. ἀλίσκεται δ' ὑπὸ τὰς αὐτὰς ἡμέρας, καὶ ὑπολὴ ὑπὸ ἀντιφίλου πρὸς αντίπατρον γεγραμμένη, ἐν αἰγύπτῳ δ' αὐτὸς διέτριβε, καὶ λυθεῖσα ὑπὸ τ βασιλέως τάδε ἐδήλου. ἔπεμψά σοι τὴν παρ' ἀκμῆς ὑπολὴν μὴ φεισάμενος τῆς ἐμῆς ψυχῆς. οἶδα γὰρ ὅτι αὖθις κινδυνεύω ὑπὸ δύο οἰκιῶν εἰ γνωσθείην. σὺ δ' εὐτυχοίης περὶ τὸ πρᾶγμα. καὶ ἡ μὲν ὑπολὴ τάδε ἐδήλου. ἐζήτει δ' ὁ βασιλεὺς καὶ τὴν ἑτέραν ὑπολήν. ἐμὴν φανερά γε λύ, καὶ ὁτὲ αντιφίλου δοῦλος ὃς τὴν ἀναγνωσθεῖσαν ἔφερεν, ἠρνεῖτο ἑτέραν φήν λαβεῖν. δυσελπίας οὖν ἐχούσης τ βασιλέα, τὴν φίλων τὶς τὴν τὸ ἡρώδου θεώμενος ὑφῃρημμένον τ δούλου τ ἐντὸς χιτῶνα, ἐνεδεδύκει γὰρ δύο, εἵκασεν ἐντὸς τῆς ὑπατυχῆς κρύπτεσθαι τὰ γράμματα. καὶ λύ δ' ἦτας. λαμβάνουσιν οὖν τὴν ὑπολὴν, ἐγγεγραμμένα τε λύ ἐν αὐτῇ, τάδε. ἀκμὴ αντιπάτρῳ. ἔγραψα τῷ πατρί σου οἷαν ἤθελες ὑπολήν. καὶ ἀπόγραφον ποιήσασα τῇ φορᾷ τὴν ἐμὴν κυρίαν ὡς φήν σαλώμης ἔγραψα. λύ ἀναγνοὺς, οἶδ' ὅτι τιμωρήσεται σαλώμην ὡς ὑπέβαλον. λύ δ' ἡ φήν σαλώμης δοκοῦσα

B

C

D

E

F

G

εἰ) πρὸς τ̃ δέσποιναν αὐτῆς, ὑπ' αὐτιπάτρου ἐπ' ὀνόματι τῷ σαλώμης, ὅσα γῶν ἡ δχάνοια θέλοι ὑπαγορδυομδμη, λέξει ὃ συνέκδοτο αὐτῆς. τὰ δ' γεγραμμδνα ὧδε τοιάδε. ἀκμὴ βασιλεῖ ἡρώδῃ. ἐγὼ ἔργον ποιουμδνη μηδέν σε λανθανέτω κ̃ σὺ γινομδνων, δύρῶσα ὅπισολίω σαλώμης πρὸς τὸν ἐμὸν κυρίαν κ̃ σὴν γεγραμμδνων ὅπκινδυνώσ ἐμαυτῇ σοὶ ὃ ὠφελήμως ἐξεγραψάμην κ̃ ἀπέσειλά σοι. ταύτην ὃ συνίνη ἔγραψε γήμασθ συλλαίω θέλουσα. κατάχισον οὖν τ̃ ὅπισολὴν ἵνα μὴ κἀγὼ τὸ ζῆν κινδυνδύσω. πρὸς δ' αὐτὸν ἐγέγραπτο αὐτιπάτρον, δχασαφύσης ὅτι δχανομδνη κελδύσματι τῷ συνίνη αὐτή τε γράψειε πρὸς ἡρώδην, ὡς σαλώμης ὅπιβύλως αὐτῷ πεφασεν ἐνδχομδνης τὰ πάντα. κ̃ αὐτίγραφον δ' ὡς πρὸς δέσποιναν τ̃ αὐτῆς πεμφθείσης ὅπιστολῆς ὑπὸ σαλώμης ὑποπέμψειεν αὐτή. ἣν δ' ἡ ἀκμὴ, ἰουδαία μὲν τὸ γένος, ἐδούλδυε δ' ἰουλίᾳ τῇ καίσαρος γυναικὶ, Ϲ ἔπεφασε ταῦτα φιλίᾳ τῇ αὐτιπάτρου, ὠνηθεῖσα ὑπ' αὐτοῦ μεγάλῃ δόσῃ χρημάτων συνεργεῖν κατά γε τ̃ παρδος κ̃ κ̃ δ' πτθίδος. ἡρώδης δ' ὀκπλαγεὶς μεγέθ δ' αὐτιπάτρου κακίας, ὥρμησε μ̃ κ̃ ὧδε χῆμα αὐτὸν ἀνελεῖν ὡς κύκηθεν μεγάλων γενόμενα πρδγμάτων. κ̃ μὴ μόνον αὐτῷ, ἀλλὰ κ̃ τῇ ἀδελφῇ ὅπιβεβελδυκότα, κ̃ τ̃ καίσαρος δ' ἐφαρκότα τὸν οἰκίαν. ἐξώτρυνε δ' αὐτὸν κ̃ ἡ σαλώμη ϛερνοτυπουμένη κ̃ κτείνειν αὐτὸν κελδύουσα εἴ τινος ὅτι τοιοῦδε πίϛεως ἀρχὰν ἀξιόχρεων οἷά τε παρασχεῖν γένοιτο. ἡρώδης δ' μεταπέμψας, ἀνέκρινε τὸν υἱὸν, κελδύων εἴτι αἰτιατὸν ἔχει, λέγειν μηδὲν ὑπόδδμενον. ἐπεὶ δ' ἀχαρὴς ἦν, ἤρετο αὐτὸν ἐπειδὴ πανταχῇ πεφώραται πονηρὸς ὤν, τοὺς γονῆς συνεργήσαντας αὐτῷ τὰ φάρμακα μὴ μελλῆσαι κατειπεῖν. ὁ δ' αὐτιφίλου τὸν πάντων αἰτίαν ἀνετίθει, ἕτερον δ' ὐδένα προὐτίθει. ἡρώδης δ' θελαλῶν ὥρμησε μὲν πέμπειν ὅτι ῥώμης τὸν υἱὸν ὡς καίσαρα λόγον ὑφέξοντα τ̃ ὅτι τοῖσδε βελδυμάτων. ἔπειτα δείσας μὴ βοηθείᾳ τ̃ φίλων δυείσκοιτο τ̃ κινδύνε δεχρυσῶν, αὐτὸν μ̃ δέσμιον ὡς κ̃ πρότερον ἐφύλαττεν, αὖθις δ' πρέσβεις ἐξέπεμψε κ̃ γράμματα ὅτι κατηγορίαν τ̃ υἱέος, ὁπόσα τε ἀκμὴ συνεκκρύσειεν αὐτῷ, κ̃ αὐτίγραφα τ̃ ὑπολῶν.

A volebant, Antipatri commentum erat suppositio Salomes nomine, ipsius arbitratu & commodo scripta, sed Acmes ministerio. Eadem & regi scripsit in hanc sententiam. Acme regi Herodi. Cùm mihi sit curæ ne quid te lateat ad salutem tuam pertinens, inuentam Salomes epistolam contra te scriptam ad meã dominam, non sine periculo transcripsi, & ad te misi: in qua postulabat vt sibi liceret Syllæo nubere. hanc tu lacerabis, ne quando propter eam vitæ discrimen adeam. Sed hoc commentum prodebãt quæ ad ipsum Antipatrum scripserat, significans se voluntati eius obsecutam, & literas ad Herodem misisse, & insertum his exemplar fictitiarum Salomes literarum ad suam dominam, quæ insidias Herodi tenderent. Erat autem hæc Acme Iudæa genere, agens in ancillatu Iuliæ vxoris Cæsaris, operámque hanc Antipatro magna pecunia vendiderat, qua contra amitam simul & patrem vteretur. Cæterùm Herodes cognita hinc filij malitia, minimum abfuit quin illum e uestigio tolleret, vt concitatorem turbelarum omnium; qui non solùm suam & sororis salutem in periculum adduxisset, sed disciplinam etiam corrupisset domus Cæsaris. eódem incitabat eum & Salome, pectus plangés, & mori non recusans, si vllum extaret violatæ à se fidei argumentum idoneum. Rex autem accersito filio iubet illum cũ fiducia promere, si quid haberet quod pro se afferre posset. Qui cùm ad hæc ne hitcere quidem valeret, rogatus vt quando medius teneretur deprehensus in maleficio saltem socios sceleris proderet: omnem culpam conferebat in Antiphilum, alium præterea nominabat neminem. ibi Herodes vehementi dolore animi saucius cogitauit eum Romam mittere, vt apud Cæsaris tribunal parricidij causam diceret. Deinde veritus ne amicorum ope eriperetur periculo, ipsum quidem in vinculis vt antè retinuit: legatos autem & literas accusatrices misit ad Cæsarem, simul indicans adiutum eum Acmes opera, epistolarum quoque adiunctis exemplaribus.

B

C

D

E

Κεφάλαιον ή.

Περὶ τ̃ ἡρώδου νόσου, κ̃ στάσεως τ̃ ἰουδαίων.

F

Cap. VIII.

Herodis morbus, & Iudæorum seditio.

VIII.

Καὶ οἱ μὲν πρέσβεις, ὅτε κ̃ ῥώμης ἦπτήοντο, ὁπόσα τε ἀνακεινομένους δεῖσαι λέγειν, πρδσεκδδαχθέντες, Ϲ τὰ γεγραμμένα φέροντες. εἰς νόσον δ' ὁ βασιλεὺς ἐμπεσὼν, δλαθήκας γεγραφε τ̃ νεωτάτῳ τ̃ υἱδν τ̃ βασιλείαν διδοὺς, μίσῳ τότε πρὸς τ̃ ἀρχέλαον κ̃ φίλιππον ἐκ τ̃ αὐτιπάτρου δλαβολῶν, καίσαρί τε τάλαντα χίλια, Ϲ γυναικὶ ἰουλίᾳ τῇ καίσαρος Ϲ τέκνοις Ϲ φίλοις κ̃ ἀπελδυθέροις καίσαρος πεντακόσια. ἔνεμε δ' κ̃ τοῖς υἱέσι χρήματα κ̃ πρδσόδους καὶ ἀγροὺς, κ̃ υἱέσι τοῖς ἐκείνων. σαλώμην τε ὅτι μέγα ἐπλήτησεν τ̃ ἀδελφὴν, δῶρόν τε ἐν πᾶσι πρὸς αὐτὸν δλαμεμφηκέναι καὶ μηδαμόθι θρασυνομένην κακουργεῖν. ἀπεγνωκὼς δ' θεραπείσειν, κ̃ δὴ ἕτος ἑβδομηκοστὸν ἦν, ἐξηρίωσεν ἀκράτῳ τῇ ὀργῇ κ̃ πικρίᾳ εἰς πάντα χρώμενος. αἴτιον δ' ἦν δόξα τε καταφρονεῖσθαι κ̃ ἡδονῇ τὰς τύχας αὐτοῦ τὸ ἔθνος φέρειν. ἄλλως τε

INterea dum legati instructi mandatis ac literis Romam properant, rex morbo correptus testamentũ condidit, successionem regni relinquens natorum minimo, exasperatus in Archelaum & Philippum calumniis Antipatri: Cæsaríque legauit mille talenta, & vxori Iuliæ liberisque eius & amicis atque libertis talenta quingenta. Suis quoq; filiis distribuit pecunias & agros ac reditus, similiter etiam nepotibus. Salomes etiam ratio est habita, quam propter perpetuam & incoucussam beneuolentiam ditauit egregiè. Desperata deinde salute, quòd iam ad septuagesimum ætatis annum accederet, mirum in modum efferatus est, iræ impatiens & amarulentus in rebus omnibus. in causa erat opinio contemptus, quòdque existimaret gẽtem lętari suis infortuniis: quam opinionem

confirmauit quorundam apud populum gratioſorum ſeditio, mota ex cauſa tali. Iudas Sariphæi filius & Matthias Margalothi doctiſſimi erant Iudæorum, & interpretes patriæ legis præſtantiſſimi, ob idque cari populo quòd iuuentutem diſciplinis inſtituerent. totis enim diebus eis dabant operam quotquot cupiebant in virtute proficere. Hi poſtquam cognouerunt morbum regis eſſe incurabilem, concitauerunt iuuentutem, vt ſublatis operibus quæ rex præter patriam conſuetudinem fecerat, propugnatores pietatis ſe oſtenderent, debitum inde expectantes præmium. Nam hanc eſſe regi cauſam cùm calamitatum domeſticarum tum poſtremò præſentis morbi, videlicet quòd contemptis legibus multa nouare auſus ſit. nam hac parte multis in rebus pietatem regis hi doctores deſiderabant. Inter cætera ſupra maiorem portam templi dedicauerat donum precioſum. aquilam auream magni ponderis, cùm lex noſtros homines vetet imagines ſtatuere, aut conſecrare animantium effigies. quamobrem doctores hi autores erant ſuis diſcipulis, vt aquilam illam detraherent. Etſi enim res videatur non carere periculo, tamen etiam iucundæ vitæ præponendum eſſe honeſtum obitum, ſi contemnatur propter tuendas leges patrias, quandoquidem ſempiterna fama nullo ſeculo paſſura ſit gloriam eorum intermori, & alioquin ignauos ſuxtà ac fortes eundem manere interitum: proinde rectè facturos virtutis cultores, ſi ex communi neceſſitate honorem ſibi decerperent, & cum hoc ſolatio è præſenti vita diſcederent. magnum enim leuamen eſſe honeſtis conatibus immori, & periculi non contemnendum præmium, laudem transmiſſam ad nepotes ac poſteros, cuius in partem tota cognatio tam viri quàm fœminæ veniant, quo quid eſſe poſſit optabilius? Hac exhortatione accenſis iuuenibus rumor ſuperuenit extinctum regem nuncians, & propenſos iam ad facinus perpulit. itaque claro meridie aſcendentes detractam aquilam conciderunt ſecuribus, inſpectante congregata in templum multitudine. Quod vt renunciatum cognouit dux regius, maiorem aliquam conſpirationem metuens, occurrit eò cum valida ſuorum manu cohibiturus demolitores aquilæ, & irruens in vulgum rudem & imparatum ac conglobatum temerè, facilè reliquis diſiectis & cedentibus circiter XL. iuuenes reſiſtere auſos comprehendit, cúmque his autores facinoris Iudam & Matthiam turpe putantes cedere: omnéſque ad regem perduxit. Quo rogante quò freti auſi ſint ſacratam imaginem demere, aiunt ſe & deliberaſſe id multo antea, & deliberatum executos, vt fortes vitos decuit. Nam & honori diuino, inquiunt, ſuccurrimus, & legem cuius diſcipuli ſum⁹ vindicauimus. Nec eſt quod mireris ſi tuis decretis leges præponimus, quas nobis Moyſes autore & doctore Deo pertulit:

ἐπῳδήν τινες τ̃ δημικοτέρων ἀνθρώπων καὶ ἐπανέσησαν αὐτῷ δῶρα διαυτὰ αἰτίαν. ἦν ἰούδας ὁ σαριφαίε, ⁊ ματθίας ὁ μαργαλώθου ἰουδαίων λογιώτατοι, καὶ παρ' οἷς τινας τ̃ πατρίων ἐξηγηταὶ νόμων, ἄνδρες ⁊ δημῷ φερσφιλεῖν δῶρα παιδείαν τ̃ νεωτέρων. ὁσημέραι γὰρ δι' ἡμέρου αὐτοῖς πάντες οἷς φερσαγοίησις ἀρετῆς ἐπετηδύετο. οἵ τε πιυθανόμενοι τ̃ βασιλέως τ̃ νόσον θεραπεύειν ἄπορον ὖσαν ἐλπίδα τὸ νεώτερον, ὡς τὰ ὁπόσα ὧδε τ̃ νόμων τὸν πάτριον κατεσκεύασε ἔργα ὑπὸ τ̃ βασιλέως, ταῦτα καθαιρεῖν θέλοντες δυσεβείας ἀγωνίσματα ὧδε τ̃ νόμων φέρειν. καὶ γὰρ δὴ δῶρα τ̃ τόλμαν αὐτῷ παρ' ἃ διαγορεύει ὁ νόμος τ̃ ποιήσεως, τάττε ἄλλα αὐτῷ συντυχεῖν οἷς ὧδε τὸ εἰωθὸς τ̃ ἀνθρώπε διεξίει, καὶ δὴ καὶ τελεῖ νόσον. ἦν γὰρ τῷ ἡρῴδῃ πνὰ φερσματευθέντα ὧδε τ̃ νόμον, ἃ δὴ ἐπεκάλεν οἱ φθεῖ τ̃ ἰούδαν καὶ ματθίαν. κατεσκεύακει ὁ βασιλεὺς ὑπὲρ τ̃ πυλῶνος μεγάλε τ̃ ναῦ ἀνάθημα ⁊ λίαν πολυτελὲς ἀετὸν χρύσεον μέγαν. κωλύει ὁ νόμος εἰκόνων τε ἀνασάσεις ὁπινοεῖν καί τινων ζώων ἀναθέσεις ὁπτινοῦνεθαι τοῖς βιουῦ κατ' αὐτὸν φερειρημένοις, ὡς τε ἐπέλθοιεν οἱ σοφισαὶ, τὸν ἀετὸν καθαιρήσων. καὶ γὰρ εἴ τις αὖ γένοιτο κίνδυνος τῷ εἰς θάνατον ἀνακειμένῳ, πολὺ τῆς ἐν τῷ ζῆν ἡδονῆς λυσιτελεστέραν φαίνεθαι τὴν φερτεθειμένην ἀρετὴν ὑπ' αὐτ̃, τοῖς ὅπι σωτηρία καὶ φυλακὴ τ̃ πατρίου μελλήσουσι τελευτᾶν, δῶρα τὸ ἀίδιον ἐπαινεῖθαι φήμην καταστησαμένοις, ἔν τε τοῖς νεῦ ἐπαινεθήσεθαι καὶ τοῖς ἐσομένοις ἀειμνήστον καταλιπεῖν τὸ κλέος. καὶ τοίνυν τοῖς ἀκινδύνως διατεθειμένοις ἄφυκτον ἐῖ τὴν συμφορὰν, ὡς τε καλῶς ἔχειν τοῖς ἀρετῆς ὀρεγνωσμένοις τὸ κατεψηφισμένον αὐτῷ μετ' ἐπαίνων καὶ τιμῆς δεχομένοις ἀπέναι τ̃ βίε. φέρειν καὶ κύφισιν πολλὴν τὸ ὅπι καλοῖς ἔργοις, ὧν μνήσεσθαι τὸν κίνδυνον ἐῖ, τελευτᾶν, καὶ ἅμα ἱέσι τοῖς αὐτῷ, καὶ ὁπόσοι τὸ συγγυοῖς καταλείποιντο ἄνδρες ἢ γυναῖκες, καὶ τοῖσδε φερσποιῆσαι ὄφελος δύκλειᾳ τῇ ἀπ' αὐτῷ. καὶ οἱ μὲν τοιούτοις λόγοις ἐξῆγεν τοὺς νέους. ἀφικνεῖται ὁ λόγος εἰς αὐτοὺς τεθνάναι φράζων τὸν βασιλέα, καὶ συμφέροντα τοῖς σοφισαῖς. καὶ μέσης ἡμέρας ἀελθόντες κατέσπασάν τε, καὶ πελέκεσιν ἐξέκοψαν τὸν ἀετὸν, πολλῶν ἐν τῷ ἱερῷ διατριβόντων. ⁊ ὁ στρατηγὸς τ̃ βασιλέως, ἀγγέλλεται γὰρ ἡ ὁπιχείρησις φερὸς αὐτὸν, δπὸ μείζονος διανοίας ἢ ἐφράσατο, ταχὺ λαβών, ἄνεισι χεῖρα πολλὴν ἀγόμενος ὁπόσοι ἀνθέξοιεν τῷ πλήθει τ̃ φερεσμένων καθαιρεῖν τὸ ἀνάθημα, ὁπιπεσὼν μὴ φερσδεχομένοις, ἀλλ' ὁποῖα ὄχλος φιλεῖ δίξῃ μᾶλλον ἀμαθεῖ ἢ φερνοίᾳ ἀσφαλεῖ τετολμηκόσι, ἀσυντάκτοις τε καὶ μηδὲν τῶ ὀνήσαντος φρονεσποπημένοις. τῷ τε νέων ὡς ἑλάσσους τεσσαράκοντα ἀνδρῶν, οἱ θαρσεῖ ἐμμὸν ὁπόντα εἰς φυγὴν τὸ λοιπὸν πλῆθος καταστὰς συλλαμβάνει. ⁊ τοὺς εἰσηγητὰς τῶ τολμήματος ἰούδαν καὶ ματθίαν, ἄδοξον ἡγεμένοις ὑποχωρεῖν τὴν ἔφοδον αὐτ̃, καὶ αἰσχύνετο ὁπὶ τ̃ βασιλέα ἐρεμένου ὑπὸ ἐπεὶ ἀφίκοντο ἐπ' αὐτὸν τ̃ βασιλέως εἰ τολμήσειαν αὐτῷ τὸ ἀνάθημα καθελεῖν. ἀλλὰ καὶ πεφρόνηταί γε ἡμῖν τὰ φρονηθέντα, καὶ πίστραχ' τὰ πεφρεσμένα μετ' ἀρετῆς ἀνδράσι παρεσωσθησάμης. τῶ τε γὰρ θείε τῇ ἀξιώσει φερὶς ἁμάρτια βεβοήθη' ὑφ' ἡμῶν. καὶ τῶ νόμου τῇ ἀκριβάσει πεφρονήσαμεθα. θαυμαστόν τε οὐδὲν εἰ τῷ σῶν δολμάτων ἀξιωτέροις τετηρεῖθαι ἡγέμεθα νόμοις, οἷς μωυσῆς ὑπαγορεύσει ⁊ διδαχῇ τῶ θεοῦ γεγραμμένος κατέλιπεν ἀδο-

ἡδονῇ τε τὸν θάνατον οἴσομεν, καὶ τιμωρίαν ἡμῖν τινα A
βλαβάλοις, ἀλλὰ τὸ μὴ ἐπ' ἀδίκοις ἔργοις, ἀλλὰ
φιλίᾳ τῇ εὐσεβοῦς μέλλει συνείσεσθαι τὸ ἐφ' ἡμῖν
λῆσαν αὐτό. καὶ οἱ μὲν ταῦτα πάντες ἔλεγον ἡδέως
ἐλλειπες ἔρα τῇ τόλμῃ τῶν λόγων χεώμενοι, ἢ θαρ-
σήσαντες τὸ ἔργον φεύγειν ἀπεφεύγοντο. βασι-
λεὺς δ' αὐτοὺς καταδήσας, ἐξέπεμπεν εἰς Ἱεριχοῦν-
τα, καλέσας Ἰουδαίων τοὺς ἐν τέλει. καὶ ὡς ἀγε-
νομένων, ἐξεκλησιάσας εἰς τὸ αὐτὸ θέατρον ὅπ B
κλινιδίου κείμενος ἀδυναμίᾳ τοῦ σώματος, τῆς ἀγωνιῶν
τε ἐφ' ὅσον ἀμύνειν ἦσαν ἐπ' αὐτοὺς γενομένας ἀπειθ-
μεῖτο, καὶ τοῦ ναοῦ τὸν κατασκευὸν ὡς μεγάλοις τέ-
λεσι τοῖς αὐτοῦ χρόνοις, μὴ δυνηθέντες ἔτεσιν ἑκατὸν
εἰκοσιπέντε τῆς ἀσαμωναίου ἐν οἷς ἐβασίλευον τοῖν-
δέ τι ὅπ τιμῆ φέρειν τοῦ θεοῦ. κοσμῆσαι ἢ καὶ ἀνα-
θήμασιν ἀξιολόγοις. αὐτ' ὧν ἐλπίδα μὲν αὐτὰ
χρύσθαι κἂν μετὰ θάνατον καταλελεῖφθαι μνήμην C
τε αὐτῶ & δόκλειαν. κατεβόα τε ἤδη, διότι μηδὲ
ζῶν ἀφύβείζειν ὑπόχοιντο εἰς αὐτόν, ἀλλ' ἡμέρας τε
καὶ ἐν ὄψει τὸ πλῆθος ὕβρει χεωμένους ἄφαθ' ὑπ'
αὐτοῦ ἀνακειμένων. καὶ καθαίρεσιν ὑβείζοντάς
τε ποιεῖσθαι, λόγῳ μὲν εἰς αὐτόν, ἀληθεία ἢ εἴπις
ἐξετάζοι τὸν γεγονότος ἱερουλοιῦντας. οἱ ἢ δὲ τὴν
ὠμότητα αὐτοῦ μὴ δὴ & κατ' αὐτῷ ἐξαγείωσας εἰσ-
φέρεσθαι τὸ τιμωρίαν, ὅτε γνώμη ἔφασαν αὐτὰ πε- D
φέχθαι τῇ αὐτῷ, φαίνεσθαί τε αὐτοῖς ἀπιλλαγ-
μένα κολάσεως αὐτὰ ἐῇ. ὁ ἢ τοῖς μ' ἄλλοις φρονότε-
ρως ἔχειν. ματθίαν ἢ τ' ἀρχιερέα παύσας ἱερᾶσθαι ὡς
ἄπιον τοῦ μέρους τέκνων γεγονότα, καθίσα ἰώζαρον
ἀρχιερέα, ἀδελφὸν γυναικὸς τῆς αὐτοῦ ὅπ ἢ τοῦ μα-
θίου τούτου ἱερωμένου, συμβαίνει καὶ ἕτερον ἀρχιερέα
καθεσιῶσαι φοὸς μίαν ἡμέραν, ἐν ἰουδαίοις νησείαν ἄ-
γουσιν. αἰτία δέ ὄζιν ἥδε. ὁ ματθίας ἱερωμένος ἐν
νυκτὶ τῇ φερούσῃ εἰς ἡμέραν ἢ ἡ νησεία ἐνίσατο, ἔδοξεν E
ἐν ὀνείρατι ὠμιλῆσαι γυναικί. & δὴ τόδε ἐδυναμέ-
νῳ ἱερᾶσθαι, ὡσπερ ὁ τοῦ ἑλλήνου συνεφέσατο αὐ-
τῷ συγγενὴς ὤν. ἡρώδης ἢ, τόν τε ματθίαν ἐπεπαύ-
κει τ' ἀρχιερωσύνης, καὶ τὸν ἕτερον ματθίαν ὃς ἐγ-
γέρκει τοῦ φάσιν καὶ ἄνδρας ἐν τοῖς ἑταίροις αὐτοῦ ἐ-
κάυσε ζῶντας. καὶ ἡ σελήνη ἢ τῇ αὐτῇ νυκτὶ ἐξέλι-
πεν. ἡρώδη ἢ μειζόνως ἡ νόσος ἐνεπικραίνετο, δίκην
ὧν ὠδαιμόνισεν ἐν τοῖς θεοῦ. πῦρ μ' F
γὸ μαλακὸν ἐν, ὐδὲ πολλὴν ἀποσημαῖνον τοῖς ἐπα-
φωμένοις τοῦ φλόγωσιν, ὁπόσον ἐν τοῖς ἐντὸς φερσεπί-
θει τοῦ κάκωσιν. ὀρθυμία ἢ δεινὴ τὸ δέξασθαι τοῦ
ἀπ' αὐτοῦ. ὐ γὸ ἐν μὴ ὐχ ὑπουργεῖν. & ἕλκωσις ἦν
τε ἐντέρων καὶ μάλισα τὸ κώλου δεινὰ ἀλγηδόνες.
καὶ φλέγμα ὑγρὸν φεὶ τοὺς πόδας καὶ διαγές.
ὠδαπλησία ἢ καὶ φεὶ τὸ ἧτρον κάκωσις ἐν. ναὶ
μὴν καὶ τὸ αἰδοίου σῆψις σκώληκας ἐμποιοῦσα, πνεῦ-
μάτος τε ὀρθία ἔντασις, καὶ αὖτ λίαν ἀσθε- G
δοῦντι τῆς ἀποφορᾶς, καὶ τοῦ πυκνοῦ τοῦ ἄσθμα-
τος. ἐσπασμὸς τε φεὶ πᾶν ἐν μέρος ἰσχυὸν ὐχ
ὑπομονητὸν φερσιθέμενος. ἐλέγετο οὖν ὑπὸ τῶν
θεραζόντων, καὶ οἷς ταῦτα φεραποφθέγγεσθαι σοφία
φοήκη), ποινὴν τ' πολλῶν δυσεβοῦς τούτων ὁ θεὸς εἰσ-
φέρεσθαι ὧδε τοῦ βασιλέως. καὶ περ δὲ μειζόνως ἦν αὐτὸς ἀλαπωρούμενος, ἐν ἐλπίδι τοῦ
ἀσφῆλαι ἐν, ἰατροὺς τε μεταπέμπων, καὶ ὁπόσα ἀρωγὰ ὑπαγορεύσειαν χρῆσθαι μὴ ὑποτρεσσόμενος,

nec recuſamus mortem ac ſupplicium quodcunque nobis intuleris, conteij nos non ob maleficium, ſed pietatis cauſa hæc perpeti. Hęc illi non minorem animo quàm verbis præferentes fortitudinem, æquè tum ad conſtanter patiendum alacres, atque antè ad fortiter agendum fuerant. Eos rex vinctos miſit Hierichuntem: móxque accitis Iudæorum primoribus in concionem eorum lectica ob imbecillitatem delatus, cœpit commemorare labores ſuos exhauſtos pro republica, tum inſtauratum templum impendiis ingentibus, quale opus per CXXV. annos nemo Aſamonæorum regum ad honorem Dei valuiſſet perficere, nec extructum id tantùm à ſe, verùm etiam ornatum votiuis muneribus ac donariis templo dignißimis. ob hæc facta ſperaſſe ſe vel poſt obitum ſempiternam, & memoriam, & gloriam: nunc proh nefas viuo etiam ac ſuperſtiti pro beneficiis reponi injuriam: & medio die inſpectante multitudine ſua dona ſacrata violari ac detrahi: quæ iniuria licèt in ipſum intentata, re tamen vera ad Deum magis pertineat, cuius ſacra compilata ſint. Tum honoratiores, quique veriti crudelitatem eius, ne fortè efferatus in ſe quoque grauiùs animaduerteret, negauerunt hæc facta ex ipſorum ſententia, videríque ſibi admiſſam eſſe rem dignam ſupplicio. Ille in cæteros mitior, Matthiæ pontifici ademit ſacerdotium, quaſi non alieno ab hoc conſilio, eíque ſucceſſorem dedit fratrem vxoris ſuæ Ioazarum. Huius Matthiæ pontificatu accidit etiam alium pontificem ad vnam diem ſubſtitui, qua Iudæi populariter ieiunium celebrant. Nam Matthias ea nocte quæ præcedebat diem ieiunij, viſus eſt ſibi per ſomnum cum vxore congredi: & cùm ob hoc ad rem diuinam faciendam, non eſſet idoneus, Ioſephus Ellemi filius adiutor vicarius propter cognationem ei datus eſt. Cæterùm Herodes poſt mulctatum Matthiam ſacerdotio, alterum Matthiam ſeditionis autorem eiúſque ſocios viuos exuſſit: in quam noctem etiam defectus lunæ incidit. Regi verò morbus factus eſt grauior, pœnam impietatis exigente numine. lento enim calore torrebatur, qui non tam externo tactu deprehenderetur, quam intus popularetur viſcera. aderat & vehemens voracitas, cui neceſſe eſſet continuò cibos ſuggerere: ſimúlque vexabatur inteſtinorum exulceratione & colicis paſſionibus. pedes tumebant phlegmate humido & pellucido, ſimilitérque inguina. ipſa quoque verenda putrefacta ſcatebant vermiculis, accedente fœda nec minus moleſta tentigine, non ſine fœtore grauiſſimo. ſuper hæc omnia neruorum contractione laborabat & difficultate anhelitus. Quamobrem conſtans erat inter viros diuinos & fatidicos opinio, regẽ læſæ tot modis pietatis Deo pœnas expendere. Qui tametſi grauiùs affligeretur, quàm vt videretur poſſe morbo perferendo ſufficere, tamen euaturum ſe ſperabat, accerſendis medicis intentus, & medicamentis conquirendis vndique, IX.

profectus etiam vltra Iordanem fluuium, cali A
dis aquis se fouebat apud Calliroen, quæ præ-
ter vim medicam potu quoque iucundæ sunt.
Hę aquæ in lacum bituminis teracem effluunt.
ibi ac medicorum consilio immissus, fouen-
dus in refertum oleo solium, visus est illis
iam agere animam. quare exorta comploratione familiarium excitatus & ad se reuersus, nullámque amplius salutis spem superesse intelligens, donatiuum militibus quinquagenas drachmas iussit distribui: magna deinde B
liberalitate vsus in duces atque amicos, rursum Hierichuntem reuersus est: vbi atra bile prægrauante eò immanitatis prolapsus est, vt facinus animo conciperet longè atrocissimum. Nam cùm è tota ditione nobiliores Iudæorum ad eum conuenissent, euocati minaci edicto pœnam capitis intentante non parentibus, infensus ex æquo siue fontibus seu innoxiis, vniuersos conclusit in circo. accita deinde Salome sorore maritóque eius Alexa, ait in- C
stare sibi terminum vitæ, succumbenti tantis doloribus: quod quidem ferendum esse, quando iuxta communem mortalium sortem accidat. illud permolestum esse, si carendum sit extremo honore luctus, qui debeatur regibus. nõ enim ignotam sibi esse Iudæorum mentem, quòd optatam suam mortem lætis accepturi sint animis, quandoquidem vel à viuente etiã tum non abstinuissent contumelias: sed illorum esse officij, leuamen aliquod præsentis D
huius doloris decernere. nam si assensum consilio suo præbeant, fore suum funus longè quã aliorum regum honoratius, & manibus suis gratius, omnibus per totam ditionem non fictè lugentibus. Ergo quamprimùm viderint se exhalasse animam, debere eos clausam Circo nobilium multitudinem cingere militibus, ignorantibus etiamtum suum obitum, non priùs vulgandum quàm mãdatum executi sint, iubere deinde vt circumuentos vnà omnes ia- E
culis configerent. Quibus hoc modo cæsis duplicem se eis habiturum gratiam, vel quòd mandatorum fuerint memores, vel quòd obitum suum publico luctu honorauerint. Hæc ille cum lacrymis lamentabundus cognatos per mutuam fidem ac beneuolentiam pérque omnia sacra obtestabatur, ne se extremo hoc honore fraudatum vellent, eis contra pollicentibus daturos se operam vt cuncta iuxta ipsius mandatum fierent. Nunc sanè etiamsi F.
quis præteritam eius in cognatos sæuitiam tribuere vellet pro incolumitate & securitate solicitudini, ex hac certè nouissima eius voluntate deprehendere potest, quàm inhumano animo præditus fuerit: quandoquidem iamiam è vita discessurus, curabat vt ex singulis familiis vno aliquo sublato, totam gentem in luctum & carissimorum desiderium coniiceret, nec læsus à quoquam eorum, nec valens eis G
quicquam obiicere: cùm hi quibus vllum est virtutis studium, etiam inimicis tali suo tempore odia remittere soleant.

ποταμόν τε περάσας ἰορδάνλω, θερμοῖς τοῖς κὴ καλλιρόῃ αὐτὸν παρεδίδου, ἅπερ σὼ τῇ ἐς πάντ ἀρετῇ Ϲ πότιμά ὄϛιν. ἔξεϛι ϳ τὸ ὕδωρ τῦτο εἰς λίμνλω τλὼ ἀσφαλτοφόρον λεγομένλω. κἀνταῦθα τοῖς ἰαϛροῖς δοκῆσαν ὡς τε κὰ θάλπειν αὐτὸν, καθεθεὶς εἰς πύελον ἐλαίου πλέον, δόξαν μετας άσεως ἐποίησεν αὐτοῖς. τῇ ϳ οἰκετῇ οἰμωγῇ χρωμένων περιενεγκών, κὴ μηδ' ἓν τινα ἀμφὶ τῷ σωθησομένῳ ἐλπίδα ἔχων, τοῖς ϛρατιώταις κὰ πεντήκοντα δραχμὰς ἑκάϛῳ καλδύει νεμηθῆναι. πολλὰ ϳ κὴ τοῖς ἡγεμόϛιν αὐτῇ κὴ φίλοις τοῖς αὐτῦ ἐδωρεῖτο, κὴ παρὼν αὖθις δπὶ ἰσχυοῦντος. μέλαινά τε χολὴ αὐτὸν ἤρει δπὶ πᾶϛιν ὀξαχθεμένῳ, ὥς τε δὴ τελδτῇ, πρᾶξιν τοιάνδε δπινοεῖν. ἀφικομένων πρὸς ἄγματι τῷ αὐτῦ ἰουδαίων ἀνδρῶν παντὸς τῦ ἔθνους ὁπού ποτε ἀξιολόγων, πολλοὶ ϳ ἐγένοντο ὡς τὸ παντὸς ἔθνους καϛακεκλημένῳ, Ϲ πάντων ἀνεϛαλμένων τὸ δχλοβάγματος, εἰς δὸ θάνατον λῶ κὰκείμενα τοῖς ἀλογήϛαϛι τῇ δπιϛολῶν, ἐμμανομένῳ πᾶϛι τὸ βαϛιλέως ὁμοίως τοῖς τε ἀναιτίοις κὴ παρεχηκόϛιν αἰτίαν, συγκλείϛας αὐτὸς πάντας ἐν τῷ ἱππο δρόμῳ. τλὼ τε ἀδελφλὼ αὐτῦ σαλώμλω κὴ τ ἀνδρα αὐτῆς ἀλεξᾶ μεταπέμψας, τεθνήξεϛθαι μὴν, ὑ πόρρω ἔλεγεν, δπὶ τοϛόνδε τ ἀλγηδόνων αὐτὸν πρϛιεχόϛων. Ϲ τόδε μὴν οἰϛόν τε κὴ πᾶϛι φίλον πρᾶγτυγχάνειν. ὁλοφυρμῷ ϳ ἄπειϛιν κὴ πένθους ἐνδεᾶ ὁποῖον δπὶ βαϛιλεῖ πρέπουϛιτο ἄν, μάλιϛα αὐτῷ λυπηρὸν ἔϳ). ὑ γὸ δποϛκοποῦντι τλὼ ἰουδαίων δχλόνων, ὡς δίκαιος αὐτοῖς κὴ πάνυ κεχαριϛμένος ὁ θάνατος αὐτῦ, δχλ τὸ κὴ ζῶντος δπὶ δποϛάϛει ἐπείγεϛθαι κὴ ὕβρει τῷ ὑπ' αὐτῦ πρϛπεπτωκόϛων. ἔργον δ' ἄρα ἐκείνων ἔϳ), κούφιϛιν τινὰ αὐτῷ ψηφίϛαϛθαι τῦ δπὶ τοιοῖϛδε ἀλγλωῦ. τὰ αὐτὰ γὸ δὴ φρονῆϛαι δόξῃ τῇ αὐτῦ μὴ ἀπειπαμένων μέγαν αὐτῦ τὸν δπιτάφιον γλυκάνεϛθαι, κὴ ὁποῖος ἐπ' ἄλλων βαϛιλέων, καὶ πένθος δχλ τῦ ἔθνους ἁπαντος ἐκ ψυχῆς ὁλοφυρομένων δπὶ παιδία καὶ γέλωτι αὐτῦ. ἐπὰν οὖν θεάϛωνται τλὼ ψυχλὼ ἀφέντα αὐτὸν, πρϛιϛήϛαντας τῷ ἱππο δρόμῳ τὸ ϛρατιωτικὸν ἀγνοοῦν ἔτι τὸν θάνατον αὐτῦ, μὴ γὸ πρόπεμψαν εἰς τοὺς πολλοὺς ὀξενεγκεῖν ἢ τάδε πρᾶξαι, κελδύειν ἀκοντίϛαι τοὺς ἐγκαθειργμένους. κὴ πάντας τῦτον αἰτιόλντας τὸν τρόπον διχόθεν αὐτὸν ἐκ ἁμαρτήσαντας τ δυφρανοῦντος, κυρώϛει τε ὧν δπιϛείλαιεν αὐτοῖς μέλλων τελδτᾶν, κὴ τῷ πείθει ἀξιολόγως τιμῆϭαι. κὴ ὁ μὴν μ' δακρύων ποτνιώμενος, κὴ τ συγγενοῖς τλὼ δ' νοιαν κὴ πίϛιν τ θείου πρϛβαλών, ἐπέϛκηπτε μὴ ἠτιμῶϭαι ἀξιῶν. κἀκεῖνοι ὡμολόγουν οὐ πρϛβήϛεϭαι. καϛανοήϛει δ' ἄπις τλὼ δχλόνοιαν αὐτῦ τ ἀνθρώπου, Ϲ ὅτῳ τἀ πρότερα ἤρϛκεν, ὡς ὑπὸ τ φιλοζωεῖν πρᾶξαι τὰ εἰς τοὺς συγγενεῖς πρπεπομμένα, ἐκ γοῦν τῷ ἀρτι ϲτολῶν κδὲν ἀνθρώπειον εἰϛφερομένων, εἰγε κὴ ἀπὼν τ βίου πρόνοιαν εἶχεν ὡς ἐν πόνθει καὶ ἐρημίᾳ τῷ φιλτάτων τὸ παῦ καϛήϛειεν ἔθνος, ἕνα δπὸ ἑκάϛῳ οἴκου κελδύων μεταχειρῆϭαι, μηδὲν ἄδικον μήτε εἰς αὐτὸν δϵδρακόϛας, μήτε ἐφ' ἑτέροις ἐγκλήμαϛι κατηγορίας αὐτῷ γνομένης, εἰωθότων οἱ πρπατοίνοις ἀρετῆς κὴ πρὸς τοὺς ἐν δίκῃ ἐχθροὺς γεγονότας τοιοῖϛδε κρίϛεσιν τὰ μέϛα καταπίπτειν.

Κεφά-

Κεφάλαιον Θ'.

Ἀντιπάτρου αἰτίας.

ΤΑῦτα ὁ ὄθνις ἑλλοντος αὐτῷ πρὸς τοὺς συγγνῶς, γράμματα παρ' αὐτοῦ τοῦ πρὸς ῥώμην πρέσβεων ὑποσαλμένων εἰς καίσαρα. καὶ ἀναγνωσθέντων τὸ κεφάλαιον ἦν, ὡς τὸν τε ἀκμῆς ὀργῇ τῇ καίσαρος ἀπηρμένης, ἐφ' οἷς αὐτὸς ἀντιπάτρῳ συγκακουργήσειεν. αὐτόν τε ἀντιπάτρον, ὡς ὅτι γνώμῃ τῇ ἐκείνου ποιεῖτο ὡς πατρὸς καὶ βασιλέως, εἴτε φυγάδα ἐλαύνειν ἐθελήσοι, εἴτε κτιννύειν. τούτων ἀκροώμενος ἡρώδης, βραχὺ μέν τι ἀνέλυεν ἡδονῇ τῇ γεγραμμένων, θανάτου τε τὸν ἀκμῆς ἐπαιρόμενος, καὶ ἐξουσίαν ὅτι τῷ παιδὶ τιμωρίας πρεσβυτὴς ἦν εἰς μέγα τῆς ἀλγηδόνων, πρεῖτο τεθαλαμπωρημένος στόμα, καὶ ἤτησε μᾶλον καὶ μαχαίριον. ἦν δὲ ἐν ἔθει καὶ πρότερον αὐτῷ, προελέγαντι αὐτὸ δι' αὐτοῦ καὶ κατ' ὀλίγον τέμνοντι ἐσθίειν. λαβὼν ὁ καὶ προσπεφάμενος, γνώμην εἶχεν ὡς πάσων ἑαυτόν. κἂν ἐπεπρόχει, μὴ φθάσαντος αὐτὸν καταλαβεῖν τὴν δεξιὰν ἀχιάβου, ὃς ἀνεψιὸς ἦν αὐτοῦ. καὶ μέγα ἀνακραγόντος, οἰμωγή τε αὖθις ἀνὰ τὸ βασίλειον ἦν, καὶ θόρυβος μέγας ὡς οἰχομένου τὸ βασιλέως. καὶ ἀντίπατρος, πισεύει γὰρ τέλος ἀληθῶς τὸν πατέρα ἔχειν, θαρσήσας τε ἐχρεῖτο ὅτι τοῖς λόγοις ὅλος ὡς ἤδη τῆς δεσμῆς ἀφησόμενος, καὶ τὴν βασιλείαν ἀκονιτὶ δεξόμενος εἰς χεῖρας. καὶ τῷ εἱρκτοφύλακι προῖ ἀφέσεως ἦν αὐτοῦ δόλος μεγάλα ὑπεσχημένου εἰς τὸ παρόν, καὶ τὸ αὖθις, ὡς αὖ προῖοιτο τὸν ἀγῶνος ἀνεγκόντος. ὁ δέ, καὶ μόνον ἀπωθεῖν ἦν προσόμενος ἐφ' οἷς ἠξίου ἀντίπατρος, ἀλλὰ καὶ τῷ βασιλεῖ ὑποσημαίνων δόλιον τὸν ἐκείνου, πολλαῖς καὶ προσεισφορεῖς παρ' αὐτοῦ χρώμενος. ὁ δὲ ἡρώδης καὶ πρότερον μὲν ἀπιστῶν ἦν, ἀλλ' οὐσίᾳ τῷ υἱέος, ἐπεὶ ἤκουσε τὸν εἱρκτοφύλακος ταῦτα εἰρηκότος, ἀνεβόησέ τε ἀνατυπάμενος τὸν κεφαλὴν, καὶ περ ὢν τῷ ὑσάτῳ ὤν, καὶ ὅτι ἀγκῶνα προῖαρας ἑαυτόν, κελεύει πέμψας τινὰ τὸν δορυφόρων, μηδὲν εἰς ἀναβολὰς, ἀλλ' ἐκ τάχους κτεῖναι αὐτὸν ἐν ὑρκανίᾳ τάφοις ἀσήμοις ποιεῖσθαι.

Κεφάλαιον ι'.

Ἡρώδου τελευτὴ, διαθήκη καὶ τάφη.

ΤΑὰς δὲ διαθήκας αὖθις μετέγραφεν μεταβολῆς αὐτῷ προῖ τὴν διάνοιαν γνωμένης. ἀντίπαν μὲν ὧν τὴν βασιλείαν καταλελοίπει, τετράρχην καθιστὰς γαλιλαίας τε καὶ περαίας, ἀρχελάῳ δὲ τὴν βασιλείαν χαριζόμενος, τοῦ τε γαυλωνίτου καὶ τραχωνίτην καὶ βαταναίαν καὶ παναιάδα φιλίππῳ, παιδὶ μὲν τῷ αὐτοῦ, ἀρχελάῳ δὲ ἀδελφῷ γνησίῳ τετραρχίαν ἕτερον. ἰάμνιαν δὲ καὶ ἄζωτον καὶ φασαηλίδα, σαλώμῃ τῇ ἀδελφῇ αὐτοῦ καταλείμμ, καὶ ἀργυρίου δισημου μυριάδας πεντήκοντα. φρενόσας δὲ καὶ τῶν λοιπῶν ὁπόσοι συγγνῶς ἦσαν αὐτῷ χρημάτων τε δόσεσι καὶ προσόδων ἀναφορᾶς ἑκάστοις ἐν ἀπορίᾳ καθισάμενος. καίσαρι δέ, ἀργυρίου μὲν δισήμου μυριάδας χιλίας, χωρὶς δὲ σκεύη τὰ μὲν χρυσοῦ, τὰ δ' ἀργύρου, καὶ ἐσθῆτα παμπολυτελῆ. ἰουλίᾳ δὲ τῇ καίσαρος γυναικὶ, καὶ τισιν ἑτέροις πεντακοσίας μυριάδας. ταῦτα προῖξας ἡμέρᾳ πέμπτῃ, μεθ' ὃν ἀντίπατρον κτείνας τὸν υἱὸν τελευτᾷ, βασιλεύσας μεθ' ὃν μὲν ἀπέλιπεν ἀντίγονον, ἔτη τέσσαρα καὶ ἑξήκοντα, μεθ' ὃν δὲ ὑπὸ ῥωμαίων ἀπεδείχθη ἔπλα καὶ ἑξήκοντα, ἀνὴρ ὠμὸς μὲ

Cap. IX.

Antipatri exitium.

DVm hæc mandata cognatis dat, supernenerunt à Roma literæ, à legatis missis ad Cæsarem: quarum summa erat, Acmen ab irato Cæsare occisam esse, propter locatam Antipatro operam: ipsúmque Antipatrum relinqui arbitrio & regis & patris: siue in exilium vellet eum pellere, siue capite plectere. His auditis Herodes paululũ recreatus est voluptate nuncij pœnæ Acmes, & permissæ sibi potestatis liberè statuendi de filio: mox repetitus graui dolore, cibi tamen auidus, malum simul & cultellum popoſcit. Solebat enim & antea per se repurgatum paulatim incidendo comedere. tunc verò circumspiciebat, ferire se ipsum cupiens: perpetrassétque facinus, ni Achiabus nepos ictum præueniens, clamore sublato cohibuisset eius dexteram: móxque denuò luctus cum trepidatione ac tumultu occupauit palatium, quasi rege iam agente animam: quem strepitum vbi persensit Antipater, ratus patrem verè vitam finisse, spem concepit fore vt solutus vinculis sine difficultate regnum acciperet, cœpítque cum custode carceris de missione agere, multa & in præsens & in futurum post acquisitam potestatem pollicens. Ille verò adeò non paruit, vt mox conatus eius regi renunciaret, vtque solicitatus ab eo ostentato præmio. Tum Herodes qui iam antè malè affectus erga filium, postquam audiuit custodem carceris, exclamans præ indignatione: & caput sibimet verberans, quamuis morti proximus, erexit se in cubitum, iussitque vnum è satellitio sine mora eum occidere, & corpus obscuro condi in castello Hyrcanio.

Cap. X.

Herodis mors, testamentum & funeratio.

DEinde mutata voluntate mutauit etiam testamentum. Antipam enim quem prioribus tabulis regni successorem destinauerat, Galilææ simul ac Perææ tetrarcham constituit. regnum verò Archelao largitus, Trachoniticam, Gauloniticam, Bataneam, & Paneada regiones tetrarchiæ nomine assignauit Philippo filio, germano fratri Archelai, Iamniam autem, Azotum & Phasaelida Salomæ sorori suæ attribuit, & argenti signati quingenta millia. habita est & cæterorum cognatorum ratio. abundéque prospectum singulis legenda pecunia & reditibus annuis. Cæsari quoque legauit argenti signati centies centena millia, prætérque sua vasa tam aurea quã argentea, magnúmque vestis pretiosæ numerum. Iuliæ autem Cæsaris vxori, & quibusdam amicis quinquagies centena millia. His ita ordinatis quinta die pòst quam Antipatrum filium occidit, vita defunctus est post destructum regno Antigonum anno trigesimo quarto, ex quo autem à Romanis rex declaratus est anno XXXVII. vir in omnes

ex æquo sæuus, iræ seruus, iuris dominus: fortuna autem propitia vsus, si quis alius. ex priuatis enim natus regnũ assecutus est, & innumeris circumdatus periculis semper euasit feliciter, vixitque longissimo tempore. quantum autem ad domesticos & filios attinet, hic quoque felix fuit sua sententia, oppressis inimicis & aduersariis, sed infelicissimus meo iudicio. Cæterùm Salome & Alexas priusquam regis mors innotesceret, in circo clausos domum suam quémque dimiserunt, dicentes ipsum ita iubere, vt in agros digressi curarent suametipsorum negotia: atque hoc pacto magno beneficio vniuersam gentem sibi deuinxerunt. Indicata deinde regis morte, congregatáque in Hierichuntinum amphitheatrũ omni militia, primùm legerunt literas eius scriptas ad milites, in quibus gratias eis agebat pro fide ac beneuolentia, rogabátque vt eandem seruarent & Archelao filio, quem regni successorem sibi substitueret. Deende Ptolemæus, cui annulus regis signatorius creditus fuerat, testamentum perlegit, quod non aliàs ratum habendum esset, quam accedente consensu Cæsaris. Móxque acclamatum est regi Archelao, & milites cateruatim vnà cum suis ducibus pollicebantur eandem quam patri hactenus præstitissent fidem atque operam, lætis ominationibus Deum illi fautorem comprecantes. Post hæc funus parabatur regi, Archelao curante vt exequiæ patri fierent quàm splẽdidissimæ, & omnem ornatum proferente vt in pompa comitaretur mortuum. Ferebatur autem in lectica aurea, distincta variis gemmis preciosis, & instrata purpura: corpus quoque amictum erat purpura, impositio capiti diademate, & desuper corona aurea, sceptróque in manu dextera. lecticam stipabãt filij & cognatorum numerus. Hos sequebantur milites distributi per nationum genera: primùm satellites, deinde Thraces, post hos Germani, & deinceps Galli, omnes instructi velut ad prælium: reliqua deinde exercitus multitudo armata sub suis ducibus ac centurionibus. hos sequebantur quingenti famuli, ferentes aromata. ea pompa processit Herodium vsque per octo stadia, vbi quemadmodum antè mandauerat sepultus est. Et Herodes quidem sic defunctus est. Archelaus autem per septem dies iuxta patriam legem luctu parentis celebrato, & in fine luctus funebri epulo multitudini præbito, in templum ascendit: & quacunque tranfiret excipiebatur gratulationibus ac faustis acclamationibus. Tum conscenso suggesto sublimis in aureo solio residens, accipiebat fletus gratulatrices voces fauoris indices, & ipse vicissim omni comitate respondebat multitudini, agebátque grates quòd obliti patris sui duticiæ, nihilo deteriùs erga ipsum affecti essent, pollicebatúrque parem pro eorum studiis gratiam. adhuc tamen abstinere se à regis nomine, quòd ab autoritate & assensu Cæsaris pendeat, penes quẽ sit testamẽti à patre scripti confirmatio. quamobrẽ ne ab

XL

εἰς πάντας ὁμοίως, ⁊ ὀργῆς μ̃ ἥσσων, κρείσσων ἢ τῶ δικαίου, τύχη ἢ εἰ καί τις ἕτερος κεχαρισμένος ἄνθρωπος. ἔκ τε γὰρ ἰδιώτου βασιλῶς κατασὰς, ⁊ κινδύνοις ἀμέτροις περιζόμενος μυρίοις, πάντων ποιεῖται ὑπεράρσιν, καὶ τὸ ζῆν ὅτι μήκιστον ἔσχετο. ὁπόσα ἢ τὰ κατ' οἶκον ἀφεὶς ἡμεῖς τοῖς αὐτοῦ, ὅσα μ̃ γνώμη τῆ ἐκείνου, καὶ παύσαι δεξιᾶ κεχαρισμένος ἀνὰ τὸ κείνας ἐχθροὺς κρατεῖν οὐχ ὑστερήσαι, δοκεῖ δέ μοι καὶ παύσαι δυσυχὴς. σαλώμη ἢ ⁊ ἀλεξᾶς πρὶν ἐκπυσον ἡμέρας τὸν θάνατον τ̃ βασιλέως, τοὺς ὅτι τ̃ ὑποδέρμου κατακεκλῃσμένους ἐκπέμποντας ὅτι τὰ αὐτῶ, φάρμοι βασιλέα κελεύειν ἀπιέναι αὐτοῖς ὅτι τοὺς ἀγροὺς νέμεσθαι τὰ οἰκεῖα. προέστη τε αὐτῶ ἤδη ἀνάγκαια μείζων εἰς τὸ ἔθνος. ἐφανερῶτο δ' ἤδη ὁ θάνατος τ̃ βασιλέως, καὶ σαλώμη καὶ ἀλεξᾶς, συναγαγόντες τὸ στρατιωτικὸν εἰς τὸ ἀμφιθέατρον τὸ ἐν ἱεριχοῦντι, πρῶτον μὲν ὑπομνήσαι ἀπέγνωσαν πρὸς τοὺς στρατιώτας χάριτος μεμνημένους, ὅτι τε πίστεως ἀχαριστείᾳ ⁊ ἀνοίας τ̃ εἰς αὐτὸν, καὶ ὡδήγησεν τ̃ ὁμοίων παρόντας ἀρχελάῳ τῶ παιδὶ αὐτ̃, ὃν βασιλέα καθίσατο. εἶτα μέντοι πτολεμαῖος τ̃ σημαντῆρα τῦ βασιλέως πεπισμένος τὰς διαθήκας ἀνέλιξεν. αἱ λήψεσθαι κύρωσιν ὑπ' ἄλλως ἔμελλον, ἢ κἠσαρος ἐντυχόντος αὐταῖς. βοὴ ἦν δύσις ἰὼν ὑπομιμνόντων ἀρχέλαον βασιλέα, καὶ οἱ στρατιῶται χ̃ σὺν τε αὐτοὶ καὶ οἱ ἡγεμόνες ἀνοίαν τε ὑπισχνεῖτο ⁊ εὐθυμίαν τ̃ αὐτὴν, ⁊ συλλήπτορα τ̃ θεὸν παρεκάλουν. ἐντεῦθεν ἢ τάφον ἡτοίμαζον τῶ βασιλεῖ, μελῆσαν ἀρχελάῳ πολυτελεσάτῳ ἡμέσθαι τ̃ ὑπομνήσεως τ̃ παρόν, ⁊ πάντα τ̃ κόσμον προκομίσαντος εἰς ὃ συμπομπεύσεσθαι τῶ νεκρῶ. ἐφέρετο ἢ ὅτι κλίνης χρυσέας λίθοις πολυτελέσι καὶ ποικίλοις διαπεπασμένης. στρωμνὴ τε ἰὼ ἁλουργὴς ⁊ ἀμπέχετο πορφυρίσιον ὁ νεκρὸς διαδήματι ἠσημένος, ὑπερκάμψαν στεφάνη χρυσέᾳ, σκῆπτρον τε τῆ δεξιᾶ παρακείμενον. προῆ ἢ τ̃ κλίνην ὥστε ἡμᾶς καὶ τὸ πλῆθος ἰὼ τῶν συγγενῶν. ὅπι ἢ τούτοις τὸ στρατιωτικὸν καὶ οἰκείας προσηγορίας διέκειντο αὐτοῖς μεμνημένοις. πρῶτοι μὲν οἱ δορυφόροι. μ̃ δὲ τὸ θρᾴκιον, ὅπι ἢ τούτοις ὁπόσοι γερμανοὶ, καὶ τὸ γαλατικὸν μετ' αὐτοὺς, ἐν κόσμῳ πάντες τῶ πολεμικωτέρῳ. τούτων ἢ κατόπιν ἤδη πᾶς ὁ στρατὸς ὡς ἐς πόλεμον ἐξοδεύοντες, ὥσπερ ὑπὸ λοχαγῶν ἀγόμενοι, καὶ ταῖς ταξιαρχοῦσιν αὐτῶν. τούτοις εἵποντο πεντακόσιοι τῶν οἰκετῶν ἀρωματοφόροι. ἦσαν ἢ ὅτι πρώσθου στάδια ὀκτώ. τῆδε μὲν αὐτ̃ ἐχώρουν αἱ κηφαὶ τελοῦσαι τῶ αὐτῶ. πρώσθε μὲν δὴ τοῦτον ἐτελοῦτο τὸν τρόπον. ἀρχέλαος ἢ, ὅπι μ̃ ἑβδόμην ἡμέραν πένθος τῶν ἐν τῶ πατρὶ τιμῶν διετέλει. τόσας γὰρ διαγορεύει τὸ νόμιμον τῦ παρόν. ἐξιάσας ἢ τοὺς ὁμίλους ⁊ καταλύσας τὸ πένθος, αἴεσιν εἰς τὸ ἱερόν. ἦσαν ἢ δύσημίαι καὶ ἔπαινοι καθ' οὓς τινας ἴοι ἐκάστων τὰ πρὸς ἀλλήλους φιλοτιμουμένων εἰς τὸ δοκεῖν μείζοσι χρῆσαι τοῖς δύσημίαις. ὁ ἢ εἰς ὑψηλὸν βῆμα πεποιημένον ἀνελθὼν, καὶ ἱδρυθεὶς εἰς θρόνον χρυσοῦ πεποιημένον ἀπεδέξιοῦτο τοὺς ὁμίλους, χάρματι τῆ δύσημίαν τιὼ δύνοιαν αὐτῶ ἡδονῆ φέρων. χάριν τε ὡμολόγει, ὅτι μηδὲν αὐτῶ

μνησικακοῖεν ἀνθ' ὧν ὁ πατὴρ εἰς αὐτοὺς ὑβρίσεισε ⁊ πειράσεσθαι μὴ ἐλλείψειν ἀμειβόμενος τὸ θρόνον αὐτῶ. ἀρτι μέντοι φάσκοποιεῖσθαι τῦ βασιλείου ὀνόματος. τιμᾶσθαι δὲ αὐτὸν τῆ ἀξιώσει, εἴπερ βεβαίως καῖσαρ ὑπικυρώσειε τὰς διαθήκας, αἱ ὑπὸ τῦ πατρὸς ἐγράφησαν αὐτῶ. δι' ἰὼ αἰτίαν οὐδὲ τῦ στρατεύ-

στρατεύματος ἐν ἱεριχοῦντι διάδημα αὐτῷ προθέσθαι A
προθυμουμένῳ, δέξασθαι τὸ προσενεχθὲν τῆς ἐνθένδε
τιμῆς, δηλοῦντος τοῦ κυρίου ἀποδώσοντος φανερὸν
εἶναι βραχόμενον. προϊόντων μέντοι εἰς αὐτὸν τῶν πρα-
γμάτων ἐλλείψειν ἀρετῆς τὴν ἀμειψομένην τὴν δύνοιαν αὐ-
τῷ. προσδόσειν γὰρ ἐν πᾶσιν τὰ πρὸς αὐτοὺς φανεῖσθαι
τοῦ πατρὸς ἀμείνονα τὰ πάντα. οἱ δ', οἷον ὄχλος εἰωθὲν
φιλεῖν, οἰόμενοι τὰς πρώτας τῆς ἡμέρων τὰς διανοίας
ἐμφανίζειν τῶν παρόντων ὅτι διάσεσθαι ἀρχάς, ὅσῳ B
πρᾴως καὶ θεραπευτικῶς ὁ ἀρχέλαος διελέγετο αὐ-
τοῖς, τοσῷδε μειζόνως τε ἐχρῶντο τοῖς ἐπαίνοις, καὶ τὰς
αἰτήσεις δωρεὰν ἐπετελέφοντο. οἱ μὲν εἰσφορὰς αἷς ἐπι-
ταττοις φέρειν ὑπερεφίζειν δοκοῦντες χρώμενοι, οἱ δὲ δε-
μοτῆς, οἳ ὑφ' ἡρῴδου ἐδέδεντο, πολλοὶ δὲ ἦσαν καὶ πολλῶν
χρόνων, ἀπόλυσιν, εἰσὶν δὲ οἱ ἀφέσεις τῆς τέλων, ἃ ὅτε
πρᾶσιν ἢ ὠνᾶς ἡμισείας ἐπεβάλλετο, θεραπομέ-
νας πικρῶς ἠτοῦντο. αὐτελεῖ τε εὐδαιμῶς ἀρχέλαος,
ἐπεὶ ἤρατο ὁμίλου παντὸς ὧν πονεῖν πάντα, δηλοῦ τὸ C
νομίζειν μέγα θεῖναι εἰς τήρησιν τῆς ἀρχῆς χρήσεως,
τὴν δύνοιαν αὐτοῦ τοῦ πλήθους. ἐντεῦθεν δὲ θύσας τῷ θεῷ
κατ' ὠμοχίαν ξέστεται μετὰ τῶν φίλων.

Κεφάλαιον ια'.

Ὡς ὁ λαὸς ἐσαίσαι πρὸς τὸν ἀρχέλαον.

ΕΝ τούτῳ δὲ τινες τῶν Ἰουδαίων συνελθόντες, νεω- D
τέρων ἐπιθυμίᾳ πραγμάτων ὠδύροντο μαθίαν
καὶ ἰοὺς οὓς ἡρῴδης ἀποθανόντας, οἷς ἐδάκρυ-
σεν τοῖς εἰς τὸ πανδεῖσθαι τιμῆς φόβῳ τοῦ ἐκείνου ἀπει-
λεῖσθαι, ἦσαν δὲ οἱ τῶν ὅτι καθαιρέσει τὸ χρυσοῦ ἀετὸν
καθαιρεθέντος, ὅτι μέγα τε τῆς δοῦς καὶ οἰμωγῆς
γεγόμενοι, καί τινα ὡς κέφισιν φέροντα τοῖς τεθνεῶσιν,
ἀπερρίπτουεν εἰς τὸ βασιλέα. συνόδου τε αὐτοῖς γενο- E
μένης ἠξίουεν τιμωρίαν αὐτοῖς ὑπὲρ ἀρχελάου γενέσ-
θαι κολάσεσι τῶν ὑπὸ ἡρῴδου τιμωμένων, καὶ πάντων
γε καὶ φρόνιμον καὶ ἀκριβεστάτην ὑπὲρ αὐτοῦ ἀρχιερέα
καθεστῶτα παύσαντα, νομιμώτερόν τε ἅμα καὶ καθαρὸν
ἀρχιερέως ἄνδρα αἱρεῖσθαι. τούτοις ἀρχέλαος καίπερ
δεινῶς φέρων τὴν ὁρμὴν αὐτῶν ἐπένδυε, ἔχων τινὰ ὅτι
ῥᾴμης ὁδὸν ἀνυέσθαι, σκοπεῖν αὐτοῖς εἶχος, ὅτι
ἀκοσμοτάτοις τῶν δοξάντων καίσαρι. πέμψας δὲ τὸν F
στρατηγὸν σφῶν χρῆσθαι, καὶ τὸ ὅτι τοιούτοις τιμωρίας ἀ-
ποσάντας σκοπεῖν, θανάτου τε ὃς τοῖς φίλοις αὐτῶν
συνέθλοι μὴ νόμων γεγονότα καὶ τὰς αἰτήσεις ὡς ὅτι
μέγα τὴν ὑβρίζειν ἀφοῖσειν, τίνες τε καιροὶ ἂν ἐν τοιούτοις
εἶεν, μᾶλλον δὲ τὸ ὁμονοεῖν ἕως κατάστησάμενος τὴν ἀρ-
χὴν, ὑπανδύσει τῇ καίσαρος ἀφίκοιτο ὡς αὐτούς, τότε
δὲ κοινῇ βουλεύειν περὶ ὧν αἰτιῶνται σὺν αὐτοῖς, ἄρτι δὲ
ἀνέχειν, μὴ καὶ σασιάζειν δοκοῖεν. καὶ ὁ μὲν ταῦτα
ὑπεπτῶν καὶ διδάξας τὸν στρατηγὸν, ἐκπέμπεται πρὸς G
αὐτούς. οἱ δὲ βοῶντες λέγειν τε ἃ εἶων, καὶ εἰς κίνδυνον τῷ
ἀπολογουμένῳ ἐκεῖνον καθίσασαν, καὶ τῆς ἄλλων ὅσις
γε ὅτι σωφρονισμοῦ καὶ ἀποτροπῆς τῆς τοιῶνδε ὀργιά-
ζεσθαι βλιμήσειν φοβεῖσθαι φανερὸς ἦν, δηλοῦ τὸ πάντα
βουλήσει τῇ αὐτῆς μᾶλλον ἢ ἐξουσίᾳ τῆς ἐφεστηκότων συγχωρεῖν δεῖν ἡγούμενοι, εἰ ζῶντος τε
ἡρῴδου σεμνοῦσθαι τῆς φιλοτίμου, καὶ τελευτῆς αὐτοῦ γνωμῶν τῆς ἐν αὐτοῖς, ὡρμηκότες
ταῖς γνώμαις, καὶ νόμιμόν τε καὶ δίκαιον ἡγούμενοι ὅτι μέλλησει ἡδονὴν αὐτοῖς φέρειν, κίνδυνόν τε τὸν

exercitu quidem apud Hierichuntem vltro offerente ambitiosum diadematis honorem so accipere voluisse, cùm nondum constaret de legitimi collatoris animo. cæterùm quàm primùm constabilitus esset in imperio, curæ sibi fore vt beneuolentia omnium videatur dignissimus: daturúmque operam, vt per omnia patre suo sit illis commodior. Illi verò, sicut vulgus solet, rati primis diebus aperiri mentem huiusmodi potestates incuntium, quo mansuetiùs & officiosiùs eos colloquebatur Archelaus, eò maioribus eum ferebant laudibus, poscebántque sibi ab illo beneficia: quidam vt leuiusannuum tributum penderent: alij solutos dimitti quos Herodes non paucos vinxerat, & in his plerosque diu in carcere detinuerat: nonnulli vectigalium immunitatem, quibus grauabatur forum rerum venalium, magnis flagitabant vociferationibus. Horum nihil ille negabat, hoc agens vt conciliaret sibi multitudinis animos, non leue in eo momentum rerum suarum situm existimans, postremò re diuina peracta conuiuium cum amicis iniit.

Cap. XI.

Populus seditionem mouit contra Archelaum.

INterea Iudæorum quidam nouarum rerum cupidi per conuenticula deflebant Matthiã & tocios quos Herodes affecerat supplicio. Hi quoniam metu coerciti non ausi fuerant luctu honorare aquilæ aureæ violatores recèns neci traditos, tunc cum clamoribus, & eiulatu in defunctum regem iactabant conuitia, quasi in mortuorum solatium: congregatíque in vnum, in vindictam eorum ab Archelao deposcebant ad pœnam quosdam ex his qui cari Herodi fuerant: & ante omnia postulabant sacerdotium abrogari creato ab illo pontifici, & subrogari hoc honore dignioiem alium. Archelaus autem licèt importunitatem eorum indignè ferret, compescere tamen placidè conabatur, quòd pararet profectionem ad Cæsarem, vt sententiam Cæsaris cognosceret. Itaque misso ad eos magistro militum, per eum hortatus est, vt omisso vindictæ studio, considerarent legibus pœnas dedisse quorum molestè ferrent interitum: ad hæc postulata eorum non carere iniuria, & tempus hoc alia consilia poscere, opúsque esse concordia, donec ad ipsos reuerteretur confirmatus rex assensu Cæsaris. tum demum dispiciendum super his rebus, & statuendum de communi sententia: interim quiescerent ne seditionis crimen incurrerent. Hæc mandata exponenti reclamatum est strenuè, periculum intentantibus quicunque conaretur verbis eos ad saniorem mentem reducere: quòd plus suæ voluptati tribuerent, quàm autoritati præsidentiũ, & indignum ducerent, si amicorum quos viuo Herodè amiserant, ne mortuo quidem illo impetraretur vltio. adeò enim concitati erãt vt id tantum ius & fas putarent, quod ipsis voluptatẽ aliaturum videbatur, ne sui quidem periculi

XII.

cognitóque metu illum se continere intra palustria : per patrios deos deierauit, nihil eos se læsurum in fidem venientes : idque porrecta iuueni dextra sanciit, quod apud barbaros conuenturos certissimum est argumentum fiduciæ. nam post datam dextram apud eos nec fallere fas est, nec dissidere, cessantibus omnino suspicionibus. Tum quoque Artabanus hoc pacto remisit Anilæum, persuasurum fratri, vt simul veniat. Hoc autem agebat rex volens conciliatis sibi his fratribus per Iudæorum virtutem illas satrapias continere in officio, quæ videbantur ad defectionem spectare occupato rege alibi. Verebatur enim ne dum ipse rebelles perdomat, Asinæus auctis apud Babyloniam viribus, siue volentibus prouincialibus, siue inuitis non temperaret à maleficiis. Hoc igitur consilio illum accersiit. Asinæus verò facilè à fratre in eam sententiam inductus est, præsertim commemorante quàm luculenter erga ipsos rex affectus sit, quòdque ad firmandam fidem iusiurandum interposuerit. quare primo quoque tempore ad Artabanum ambo perueniunt. ille perlibenter eos excepit, in primis mitatus generosum Asinæi animum, quòd videret breui statura hominem, & primo aspectu contemnenda specie quasi nullius precij, apud amicos dictitans, nihil esse in tantillo corpore; quod tam vasto animo respondeat, & inter epulas ostenso magistro militum Abdagasi prædicauit, denarrans quanta fortitudine bella gerere soleat. Is cùm rogasset, vt bona regis venia liceret illum interficere, pœnásque tot maleficiorum de eo sumere, quibus Parthos læserat : negauit se hoc permissurum in hominem qui se credidisset suæ fidei, data dextra confirmatæ & iureiurando adhibito. Quòd si, inquit, vir bellicosus haberi vis, nihil opus habes meo periurio ad abolendam Parthorum ignominiam : sed redeuntem aggressus per vim absque meo consensu opptime. Mane deinde accito Asinæo : Tempus tibi est, inquit, iuuenis domum reuerti, ne diutius hic ducum in te odia prouoces, qui te fortassis etiam me inuito conarentur interficere. commendo autem tibi terram Babyloniam, vt eam tua cura tutam à latrociniis & illæsam custodias. mihi vicissim cordi erit tua incolumitas, quandoquidem tuum caput non dubitasti meæ fidei committere. hæc locutus, datis mox muneribus Asinæum dimittit. ille domum reuersus castella partim noua condidit, partim quæ priùs habuerat firmauit munitionibus: breuisque in tantum auctus est, quantum ante eum nemo alius, à talibus exorsus initiis: nec contentus honoribus Babyloniorum, à Parthorum quoque obseruabatur ducibus, qui in vicinas prouincias mittebantur cum imperio. Adeò creuit eius autoritas vnà cũ potentia,

A ἐπεὶ δὲ παρεθάρσησεν αὐτὸν δείσαντα ἐν τῷ ἕλει ὑπομεῖναι. ὁ δὲ, τοῖς τε πατρίοις θεοῖς ἐπώμνυτο, μηδὲν κακὸν δρᾶσαι αὐτοὺς πίστει τῇ αὐτοῦ προσεκχωρήσαντας, καὶ τὴν δεξιὰν ἐδίδου, ὅπερ μέγιστον ἀσφαλὲς παρὰ πᾶσι τοῖς ἐκείνῃ βαρβάροις ἀπόδειγμα τοῦ θαρσεῖν γίνεται τοῖς ὁμιλοῦσιν. εἰ γὰρ ἄν ψεύσαιτό τις δεξιὰν ὑπ' αὐτοῦ δόσεως γενομένης, οὐδὲ πιστεύειν ἐνδοιάσειεν εἰ τοιαύτης ἀσφαλείας δόσις γένοιτο, ἀπὸ τοῦ ἐν ὑποψίᾳ ἀδικήσειν καθεστηκότων. καὶ Ἀρτάβανος μὲν ταῦτα πραξας, ἐκπέμπει τὸν Ἀνίλαιον, πείσοντα τὸν ἀδελφὸν ἐπανελθεῖν. ἔπραξε δὲ ταῦτα ὁ βασιλεὺς, χρήζων ἐκτόμισμα τῇ ἀρετῇ τοῦ Ἰουδαίων ἀδελφοῦ εἰς φιλίαν κτήσασθαι τοῦ ἐκείνου σατραπείαν, ἐν [illegible]ρασάσῃ τε ἰσχὺν καὶ ὄγκον τῷ ὑποσπονδύλου μέλλων ἐλάσειν ἐπ' αὐτούς. ἐδεδίει γὰρ μὴ ἢ πλεονεκτοῦντος πολέμῳ τοῦ ἐκείνῳ κατὰ χείρωσιν τοῦ ἀφεστηκότος, αὐξηθῶσιν ὅτι μέγα οἱ περὶ τὸν Ἀσινάιον ἐπὶ τοῦ Βαβυλωνίας, ἤδη συνήσαντες ἐπ' ἀκεραίᾳ τῇ αὐτοῦ, ἢ καὶ τούτου γε ἀτυχόντες τὸ κακῶσαι μειζόνως ἢ ἁμάρτοιεν. ὁ μὲν δὴ ταῦτα διανοηθεὶς ἐκπέμπει. ὁ δὲ Ἀνίλαιος, πιθανὸς ὢν τοῦ ἀδελφοῦ, τοῦ τε ἄλλου προθυμίαν ἐνηυρύμενος τοῦ βασιλέως, ἢ ὅρκιον τὸ γεγυημένον. ὡς τε δὴ ἠπείγοντο ὡς τὸν Ἀρτάβανον, ὁ δὲ ἡδονῇ αὐτοὺς δέχεται ἀπαγομένους. ἐθαύμαζέν τε τὸν Ἀσινάιον τῇ ἐν ταῖς πράξεσιν ἀλύχου, θεωρῶν παντελὲς ὄντα ὀρθοῦ βραχεῖ τε ἢ τοῖς τὸ πρῶτον ὄψει συνελθοῦσι δοκοῦντα καταφρονήματος ἀφορμὰς, ὡς οὐδὲν κείνοιεν αὐτὸν, φησί τε πρὸς τοὺς φίλους, ὡς μείζονα πάντα ἀπαθέσει παρέχοιτο τοῦ ψυχοῦ τὸ σώματος. ἀπό τε πρώτου δείκνυσι τὸν Ἀσινάιον ἀβδαγάσῃ τοῦ αὐτοῦ στρατοπεδαρχῶν, τότε ὄνομα θέσασθαι, ἐπὶ τοῦ πάσαν ἀρετοῦ ἢ χρῶντο εἰς πόλεμον. τοῦ δὲ ἀβδαγάσου κελεύοντος συγχώρημα αὐτῷ γενέσθαι κτείναντα αὐτὸν ποινὴν ὑπολαβεῖν ὑφ' ὧν ὑβρισεν εἰς τοῦ παρθυαίων ἀρχοῦ, ἀλλ' ἃ μὲν εἶπεν ὁ βασιλεὺς συγχώρημα διδοῦσι ἐπ' αὐτοῖ πίστει τῇ εἰς ἐμὲ πεθαρρήκοτι, καὶ προσέτι δεξιαί τε πέμψας, ἐπὶ θεῶν ὅρκοις πιθανὸς γενέσθαι ἀπουδάσας. εἰ δὲ αὐτὸς τυγχάνεις τὰ πολέμια ἀγαθὸς, μηδὲν ὕβρεως χρῄζων τῆς ἐμῆς παρθυαίων ἐνδίκῃ τοῦ ἀρχοῦ πεῤῥυβεισμένου, ἐπαναχωρεσάτω γοῦν ὁπόθεμος πρεσβύτερον κρατεῖ τοῦ πρεῖ σε, καθ' μετ' ἀγνοίας ἢ ἐμοῦ, ἕως ἂν μεταπαλέσας τὸν Ἀσινάιον, ὃς σοι φησὶν, ὦ γεανία, χωρεῖν ὅτι τάχιστα, μὴ πλείοσι τοῦ ἐνθάδε στρατιωτῶν τοῦ ὀργοῦ ἐρεθίσειας, ὅπως χειρεῖν σοῦ τῇ σφαγῇ, καὶ δίκα γνώμης τῆς ἐμῆς. παρακαταθήκην δέ σοι δίδωμι τοῦ Βαβυλωνίων γοῦν, ἁλῆσθαι τε, ἢ ἀπαθῆ κακῶν ἐσομβίου ὑπὸ τοῦ σῶν φρενίδων. ἄξιον δέ μοι τυγχάνειν σοῦ χρησοῦ ἀνεπίκλητον σοι παρεχόμενος τοῦ ἐμαυτοῦ πίστιν, ἀπὸ κέφοις, ἀλλ' ὅτι τοῖς εἰς σωτηρίαν ἀναπειμένοις. ταῦτα εἰπὼν, ἢ δῶρα δοὺς ὁπλικὰ ἐκπέμπει τὸν Ἀσινάιον. ὁ δὲ εἰς τοῦ οἰκείαν παρορμόμενος, φρονήσει καταπλήσσει, ἐπὶ ὁπόσα πρότερον ὠχύρου, μέσας τε ἐν ὀλίγῳ ἐγείρει, ἐπὶ ὁπόσα ἀπ' ἄλλος τοῦ πρότερον ἐν τοιαύτης ἀφορμῆς ἄψασθαι πραγμάτων ἐν τέλμῃ γενομένων, παρθυαίων τε αὐτὸν ἐθεράπευον οἱ ταύτῃ καταστεμπόμενοι στρατιῶται. μικρὸν γὰρ ἐδόκει ἢ τῆς κατ' αὐτὸν ἦσον ἀρετῆς ἢ ἐν βαβυλωνίοις πρεσβεῖα τιμή. ἀπὸ δὲ ἐν ἀξιώματι ἢ δυνάμει,

πάντα

πάσα τε ἤδη τὰ ὅλα τῆ τ μεσοποταμίας θεὸς αὐτὸν ἦρτο θεσπίσματα. φρόνιμον τε αὐτῷ ἡ δόξα μονία ὅτι ἔτη πεντεκαίδεκα. ἀκμάζοντων ἢ αὐτοῖς τ ἀγαθῶν, ἀρχὴ αὐτοὺς ὑπολαμβάνει κακῶν ἐκ τοιάσδε αἰτίας, ἐπειδὴ τ ἀρετὴν ἡ φρόνησιν ὅτι μέγα δυνάμεως, σπεύδουσιν εἰν ὕβριν ὅτι ῥᾳδίως τ παρόντων ὑπὸ ὑπερθυμιῶν ἢ ἡδονῆς ἐμπεσόντες. τ παρθένων τινὶ, στρατηλὸς ἢ ἀφίκετο τ ταύτη χωρίων, ᾧ δὴ ἢ ἔπετο γαμετὴ, τάττε ἄλλα, ἢ εἰς τὸ ἐπαινεῖσθαι φρόνημα πασῶν, ἢ μείζονα ῥοπὴν ἐπ' αὐτῷ λαμβάνουσα θαύματι τ ὑπερφυοῖς. ταύτης εἴτε ἀκοῇ τ ὑπερβολῆς ἐκμαθὼν, εἴτε ἢ ἄλλως αὐτόπτης γενόμενος, ἀδελφὸς ἐρασθὴς τε γενόμενος τ πολέμιος. τὸ μὲν, ὑπὸ τῷ μὴ ἄλλως ἐλπίζειν ἐπιθέσεσθαι τ συνοδον τ γυναικὸς μὴ τ ἐξουσίαν ὡς ἐπ' αὐτῇ κτησάμενον ῥᾳδίαν. τὸ τ δυσαντίληκτον κρίνειν τ ὀργὴν θυμίας. ἅμα τε ἐν πολέμοις ἐπ' αὐτοῖς ἀνὴρ ἐπιχειρεστάνητο, ἢ μάχης ἐπάκτου γενομένης πεσόντος αὐτοῦ ἐληλάμενο ἐρασθῆ. ὑ μὲν δίκαια μεγάλων δυσχερῶν αἰτίαν τε ἅμα αὐτῷ, τ ἀσεβείᾳ γυνὴ ἀφίκετο εἰς τὸν οἶκον αὐτῷ, ἀλλὰ σεμνὴ τινι μεγάλῳ κακῷ, δι' ἣν τοιαύτην αἰτίαν. ἐπεὶ δὲ τὰνδρὸς εἰς τελευτὴν ἦλθε, ἀρχομάλωτος ἦγετο, ἀφιδρύματα τῆς θεοῦ ἅπερ τῷ ἀνδρὶ ἢ αὐτῇ παρῆσαν ἰδίᾳ, ὅπερ ἐστὶν ἐν τοῖς ἐκείνη πᾶσιν ὅσιν ὅτι τε τῆς οἰκίας ἔχειν σεβάσματα, ἢ ἴσασιν ὅτι ξένης συνεπόμενα, ἧκεν ἔλεσα ἢ ταύτη τὸ πατρίου τὸ ἐπ' αὐτοῖς ἐνθουσιαστήσατο. ἦν δὲ μὴν φρονῶν λελησμένος αὐτῷ θρησκείαν ἐποιεῖτο. γαμετὴ ἢ ἀποδειχθεῖσα, ἥδη ζόφῳ τῷ αὐτῆς εἰωθότι ἢ μεθ' οἷων νομίμων ὅτι τε θεσπίσμων αὖ ἐς, ἐδιεφάρδην αὐτούς. ἢ τῷ ἑταίρων οἱ μάλιστα τιμώμενοι παρ' αὐτοῖς, τὸ μὲν φρῶτον ἐπέσκωπτον, ὡς ἀδαμῶς θεάσασθαι ἐθεσκὴ, ὑδὲ ὁπόσα νόμοις τοῖς αὐτῷ θεσφοθεσα, γυναῖκα ἡγεμόνος ἀλλόφυλον, ἢ ῥᾳβαίνουσαν θυσιῶν ἢ σεβασμῷ τ αὐτοῖς εἰωθότων τ ἀκρίβειαν. ὁρᾶν ἔν μὲ τὰ πολλὰ τῇ ἡδονῇ τῷ σώματος συγχωρῶν ἀπολίσειε τ ἀρχὴν τῷ ὑπερέπους, ἢ τ εἰς νεῶν ὑπὸ τῷ θεῷ θεσθεῖσαν ἐξουσίαν. ἐπεὶ ἢ ὑδὲν ἐπέρασεν, ἀλλά κού τινα αὐτῷ τ μάλιστα τιμώμενον, ὅτι παῤῥησίᾳ πλείονι χρήσαιτο, ἀπέκτεινε, ἢ ὃς κτεινόμενος δυοῖας τε τῷ νόμων, ἢ τῷ κτείνοντος αὐτὸν, τιμωρίαν ἐπιθέσατο αὐτῷ τε αἰτίᾳ, ἢ ἀσεβείᾳ, ἢ πᾶσιν ἑτέρεις, ὁμοίαν ὑπὸ τῷ ἐχθρῶν ἐπαχθεῖσαν γενέσθαι τελευτὴν, τοῖς μὲ, ὡς ἡγεμόσι θεμένοις γενόσι, τοῖς ἢ, ὅτι μὴ βοηθῶν αὐτῷ τοιάδε πάσχοντι ἀλλὰ τὸ ἐπιδικεῖν τοῖς νόμοις. οἱ ἢ ἐβαρυύοντο μὲν, ἐνεῖχοντο ἢ, μεμνημένοι τε ἐξ ἄλλης αἰτίας, ἀλλ' ἐμοὶ τῇ ἐκείνων, τῇ δόξα μονία συνελθόντες. ἐπεὶ ἢ ἐκ τοιῶ διαφορᾶς ἀκούσαντα θεῶν τῷ παρθενίους τιμωμένων, ὡς ἐπ' ἀνίκητον ἡγούμενοι τὸ ἀδικεῖν τοὺς νόμους, ὅτι τὸν ἀσεβῆ ἐλθόντες ἐκ πλέονες ἤδη κατεδίκων τ αὐλαίᾳ φάμενοι καλῶς ἔχειν, εἰ μὴ θεότερον κατ' αὐτὸν ἐωμεκότα τὸ ὠφελεῖν, ἀλλὰ νεῶν ἴσον, ὅπερ φὴν ποιεῖσθ τ γενόντος, φρενὶ τ ἁμαρτίαν ἐκείνῳ τε ἢ πᾶσι τοῖς ἄλλοις ἐμοὶ ἐς ὀλεθρον ἀνακαμψίν. τὸν τε γάμον τ ἀνθρώπου λέγοντες ὑ μεῖ αὐτῷ, ὅτε αὐτοῖς εἰωθότων τεθεῖσθ νόμων, ἢ τ θρησκείαν ἴσον ὅπῃ δύοι ἡ γυνὴ ἐπ' ἀτιμώσῃ τ θεῷ τῷ αὐτοῖς σεβασμίω θεάσεσθ. ὁ ἢ ἢ αὐτὸς ἤδη μὲ τ ἁμαρτάδα τῷ ἀδελφῷ μεγάλων αἰτίαν ἔσαν κακῶν, ἢ ἐσυμφέρειν, ὑ μεῖ, ἀλλὰ ἐκ ἐνεῖχετό γε δυοῖς τῶν συμμοιῶν νικώμενος, ἢ συγγνώμειν νέμων, ὡς ὑπὸ κρείττονος κακοῦ τ ὀργῆς νικωμένου. ἐπεὶ ἢ πλείοις τε ὀσημέραι συνεφέροντο, ἐκ πλείους ἦσαν αἱ καταβοαὶ, τιμωρίαν δὴ φανὴ σφίσι αὐτῷ

A vt Meſopotamia tota ab ipſius penderet nutu. bus. In hac felicitate florentior indies excgit annos quindecim: quæ nō priùs cœpit in deterius vergere, quàm neglecto priſtino virtutis ſtudio, contemptíſque inſtitutis patriis, voluptate victi dediderunt ſe externis libidinibus. Venerat fortè in eas regiones Parthorum quidam dux cum coniuge tam aliis dotibus quàm inſigni forma laudata vſque ad miraculum: hanc ſiue aſpectu ſiue fama cognitam adamauit Aſinæi frater Anilæus: & cùm neque ſuis

B imperare poſſet cupidinibus, neq; vlla alia ſpes eſſet potiendi muliere, bello maritum eius petiit: primóque conflictu cæſo Partho, vxor in victoris poteſtatem & thalamum peruenit: quod quidem magnarum calamitatum tam ipſi quàm fratri fuit principium. cùm enim amiſſo priore marito captiua duceretur, ſimulacra patriorum numinum quæ gentilitio ritu & domi ſecum habere ſolebat & in itinere, clàm

C inter cæteram ſupellectilem aduexerat. ea primum colebat ſine arbitris. Deinde in thorum recepta, & nacta fiduciam, propalàm operabatur ſacris quæ à defuncto acceperat. id ſfactum obiurgabatur ab amicis vtriuſq; fratris primariis, indignum facinus dictitantibus, contra Hebraicæ gentis ritus ac leges ductam vxorem barbaram, deditam impiis patriæ ſuæ ſuperſtitionibus. quare videndum ne dum nimium indulgent voluptati corporis, à principatu excidant, quem diuino fauore conſecuti ſint. Sed

D adeò nihil profectum eſt his admonitionibus, vt præcipuus quidam confoſſus ſit dum liberiùs inuehitur: qui moriens iratum numen imprecatus eſt fratribus eorúmque ſociis, vlturum læſam & religionem & amicitiam, vtque ſimili & ipſi ab inimicis afficerentur exitio: illi quidem quòd autores iniuriæ fuerint, hi quòd patrocinatorem legum per ſummum nefas opprimi paſſi ſint. quamuis enim moleſtè ſerrent talia, plus tamen apud eos valebat præteritæ virtutis memoria, cui acceptam ferebant

E præſentem felicitatem. ſed indignationem eorum accendit mulieris impietas, non ferentium pertinaciter amplexam ſacra Parthica: factóque concurſu ad Aſinæum vociferabantur in Anilæum: dicentes oportere eum, ſi priùs parum potuit quid vtile ſit diſpicere, nunc certè erratum corrigere, priuſ-

F quam id publica expietur pernicie. nam & connubium illud nemini probari, vt parum conueniens patriis ritibus: & ſuperſtitioſum numinum cultum quem mulier ſibi permittat, pertinere ad Dei veri iniuriam. at ille quamuis agnoſceret peccatum fratris allaturum ſibi ac ſuis magnum aliquod incommodum, victus tamen germanitatis affectu facilè ignoſcebat ſuccumbenti tam indomitis cupidinibus. Sed cùm maiores indies concurſus ad eum & vociferationes fierent, tādem ſuper ea fratrē

admonuit, anteacta obiurgans, & iubens vt resipiscat in posterum, mulierémque domum ad cognatos ipsius remittat. nihil tamen hac admonitione effectum est: quia mulier sentiens propter se murmur esse in populo, & veritа ne Anilæo propter amorem sui duriùs aliquid accideret, veneno Asinæum sustulit, secura quòd sub amatore iudice impunè auferret hoc facinus. Cæterùm Anilæus ad se vnum iam principatu redacto, cum exercitu fecit impetum in vicos Mithridatis viri apud Parthos nobilissimi, qui in matrimonio habebat Artabani filiam: cósque magna præda abacta populatus est. nam & pecuniam multam & mancipia reperit: pecoráque & res alias quibus fortunæ possunt auctiores fieri. Mithridates verò qui fortè tum non procul aberat, audita vicorum expugnatione, indignè ferens vltro se ab Anilæo lacessitum iniuria, habitámque ludibrio suam dignitatem iudicans, excita iuuenum manu, collectóque equitatu quàm potuit maximo, obuiam profectus est conflicturus cum Anilæo: & cùm ad vicum quendam ex suis peruenisset, ibi quieuit: quòd decreuisset postridie Iudæos aggredi sabbato instante, quod illis religioso otio colitur. qua de re præmonitus Anilæus à barbaro natione Syro alterius cuiusdam vici incola, & inter cætera diligenter edoctus quo loco Mithridates celebraturus esset cum suis conuiuium: iusso curare corpus milite, noctu contra hostes properauit, vt inopinos opprimeret. quò delatus circa quartam vigiliam, partim sopitos occidit, partim attonitos fuga coëgit salutem quærere. Mithridatem etiam viuum captum secum abduxit, nudum super asinum impositum, quæ apud Parthos grauissima habetur contumelia. quem cùm sic ad syluam quandam perduxisset, hortantibus amicis vt illum interficeret, ipsi diuersum visum est, neganti occidendum virum genere apud Parthos præcipuum, & honoratum affinitate regia. præteritarum enim iniuriarum posse impetrare veniam. quamuis enim offensus sit Mithridates, habiturum tamen pro concessa incolumitate gratiam: quòd si grauiùs in eum consulant, non quieturum regem nisi magnis cædibus in Iudæos Babylone degentes vindicet: quibus parcendum esse propter coniunctionem sanguinis, & vt ad illos sibi pateat refugium, si qua clades accidat, vt sunt belli vicissitudines. eam sententiam approbauit multitudo cætera, atque ita Mithridates dimittitur. qui domum reuersus ab vxore exceptus est conuitio, quòd regis gener post acceptas à Iudæis tot iam insignes iniurias, nunc captiuus etiam vitam eis debere sustineret precariam. Aut igitur, inquit, pristinam virtutem recipe, aut Deos testor, quibus curæ est regum dignitas, me tua conditione non vsuram postea. ille partim non ferens quotidianum opprobrium, partim timens mulieris elatum animum ne diuortium faceret, inuitus quidem, coëgit tamen quantas potuit copias, indignum sese ipse vita existimans,

πρὸς ἀνίλαῖον, τοῖς τε πρώτοις γεγονόσιν ὀπτημένῃ, καὶ παύσασθαι τὸ λοιπὸν κακιζόντων τὸν ἄνθρωπον ὑποπεμφθέντα εἰς τοὺς συγγενεῖς. ἐπεφάσκετο δὴ ὑδὲν ἐκ τῶν λόγων, καὶ ἡ γυνὴ δι' ἀμαθυμίαν τὸ θεοῦ τὸ κατέχοντος τοὺς λαοὺς δι' αὐτὸν, δεδοικυῖα δὴ πρὸς ἀνίλαίου μηκέτι πάθοι ἔρωτι τοῦ πρὸς αὐτὸν, φάρμακον τῷ ἀσιναίῳ δῦσα ἐν τοῖς σπίοις, μεθίησι τὸν ἄνθρωπον, ἀδεᾶ τε ἐῶσα ὅτι κειτῆ τῷ πρὸς αὐτὸν προσχθησομένων τοῦ ἐφεξῆς χρόνου. ἀνίλαῖος δὲ καταμόνας ἤδη τὸν ἠμημονίαν ὠδύρατο, ἐξάγει στρατιὰν ὅπι τοὺς μιθριδάτου κώμας, αἱδὲ πρὸς πρώτου ἐν τῇ παρθυηνῇ, ἔ βασιλέως ἀρταβάνου τοῦ θυγατέρα γεγαμηκότος, ἀφ' ἁλείας τε ἦλθε αὐτάς. καὶ πολλὰ μὲν χρήματα, ἔ αἱδ' ἑάπόδα δυείσκετο, πολλά τε πρόβατα, ἄλλά τε πολλὰ ὁπόσα ὅπι πρὸς λήψει τὸν δυδαίμονος ὠφελεῖ τοῖς ἔχουσι. μιθριδάτης δὲ, ἐτύγχανε γὰρ τῆδε, ἐπεὶ ἀκούει τῷ κώμῃ τοῦ ἄλωσιν, ἐν δ' ἐνῷ φέρων ὁπότε μὴ πρόσαρξαντος ἀδικεῖν ἀνίλαῖος ἄρξαιτο, καὶ παρόντος τὸ ἀξιώματος ὑπερίδων, ἱππέας συναγαγὼν πλείους ὅσους ἐδύνατο, καὶ τῷ πλείστων τοῖς ἐν ἡλικία παρῆν, ὡς προσμίξων τοῖς περὶ τὸν ἀνίλαῖον. καὶ ἐν τῇ κώμῃ τῷ αὐτὸ καταχὼν, ἡσύχαζεν, ὡς τῇ ὑπαύσῃ μαχησόμενος ἀφ' τὸ ἕβδομον σάββατον ἡμέραν τοῖσιουδαίοις ἐν ἀργίᾳ ἀγομένῃ. ἀνίλαῖος δὲ ταῦτα πυθόμενος παρ' αἰδρός σύεγγυς ἀλλοφύλου ἐξ ἑτέρας κώμης, τά τε ἄλλα φράζοντος ἀκριβῶς, καὶ τὸ χωρίον ἔνθα μιθριδάτης ἤμελλε δαίνυσθαι δειπνοποιούμενος, καθ' ἡσυχίαν ἦλασε νυκτὸς ἀμαθέσι τῷ ποιμένων χρήζουσι τοῖς παρθυαίοις ὑπνώσειν, καὶ πρὸς φυλακὴν τετάρτην ὑπνώσειν, τοὺς μὲν, ἐπ κοιμωμένους αἱρεῖ, τοὺς δὲ εἰς φυγὴν τρέπει. μιθριδάτην δὲ ζωγρίᾳ λαβὼν, ἦγε ὡς αὐτὸν ὅπι ὄνον γυμνὸν ἀναβήσομενος, ὅπερ ἀτιμιῶν μεγίστη νομίζεται παρθυαίοις. καταγαγὼν δὲ εἰς τὴν ὕλλην μετ' ὀλίγου ὀείσματος, καὶ κελεύσαντα τῷ φίλων ἀναιρεῖν τὸν μιθριδάτην, ἀνεδίδασκεν αὐτοὺς ἀνδρῶν αὐτὸς ἐναντία. μὴ γὰρ καλῶς ἔχειν ἀναιρεῖν ἄνδρα γένους τε ὄντα τοῦ πρώτου παρὰ παρθυαίοις, καὶ ἐπιγαμίᾳ τῇ πρὸς τὸν βασιλέα μειζόνως τιμώμενον. νῦν μὲν γὰρ αἰκιστὰ εἶναι τὰ πεπραγμένα. καὶ γὰρ ἔπειτ' ὑβρεισαι μιθριδάτης, ἀλλ' οὐκ σωτηρίᾳ τῆς ψυχῆς ὑπεργενόμενον χάριτος μηκέτ' ἔχειν τοῖς τὰ τοιάδε παρεσχῆσι. πάχος δέ τι αὐτὸν ἂν ἀφεμένους βασιλέα, μὴ οὐ μεγάλῳ σφαγῷ ἰουδαίων τῷ ἐν βαβυλῶνι ποιησάμενον, ὧν φείδεσθαι καλῶς ἔχειν, ἀφ' τε τὴν συγγένειαν, καὶ ἀφ' τὸ μὴ ἀπροφύλακτον εἶναι ἂν αὐτοῖς πάσματός τινος γενομένου τὸ κατ' ἐκείνους ἀνθρώπων πλῆθος χρώμενον. ὁ μὲν ταῦτα διανοηθεὶς, καὶ φράσας ἐν τῷ συλλόγῳ, πιθανὸς ἦν. ἀφίεται τε μιθριδάτης. ἐξελθόντα δὲ αὐτὸν ὠνείδιζεν ἡ γυνὴ εἰ μὴ προθυμήσεται βασιλέως τε γαμβρὸς ὢν, καὶ ταύτῃ τιμωρήσεσθαι τοὺς ὑβρίσαντας εἰς αὐτὸν προορώμενος, ἀγαπῶν δὲ τὴν σωτηρίαν μετ' αἰσχυνης ὑπὸ ἰουδαίων ἀνδρῶν γενομένης. καὶ νῦν ἐπανάδραμε τὴν ἀρετὴν ἣν πρὸς ἐπόμνυμι τοὺς βασιλέως, ἣν μὲν ὠφελυθήσεσθαι τῆς πρὸς σὲ ὅπι γάμου κοινωνίας. ὁ δὲ αὖ, τοῦτο μὲν τῷ ὀνειδῶν τὸν καθημέραν ἀχθηδόνα μὴ φέρων, τοῦτο δὲ γυναικὸς τὴν μεγαλοφροσύνην δεδιὼς μὴ ὠφελύοιτο αὐτὸ τὸ γάμου, ἄγων μὲν καὶ βουλόμενος, συνάγει γοῦν στρατὸν ὅσον ἠδύνατο πλεῖστον, καὶ ἐλαύνει, ὡς ἀναχετὸν ὑπολαμβάνων ἔτι καὶ αὐτὸς τὴν σωτηρίαν, εἰ παρ-

εἰ παρθυαῖος ὢν ὑπὸ ἰουδαίων ἡττηθεῖτο αὐτοπολε- A
μώντων. ἀνίλαῖος ᾗ ὡς μανθάνῃ προσελαύνοντα δυνά-
μει πολλῇ τὸν μιθριδάτην, ἄδοξον ἡγησάμενος τὸ
μένειν ἐν τοῖς ἕλεσιν, ἀλλὰ μὴ φθάσας ὑπαντιάζειν
τοῖς πολεμίοις, δυτυχίᾳ τε τῇ πρότερον ἐλπίζων ὁμοία
χρήσειν τοῖς πολεμίοις, & τῷ τε τόλμησιν ἢ εἰωθόσι
θαρρεῖν ἀδυστυχεῖν, ἐξῆγε τῷ δύναμιν. πολλοί
τε πρὸς τὸ οἰκεῖον στρατὸν προσεγένοντο αὐτῷ καθ'
ἁρπαγὴν τῆς ἀλλοτρίων ζαπησόμενοι, ἢ ὄψει πάλιν
προεκπλήξοντες τοὺς πολεμίους. προσιοῦσι ᾗ αὐτοῖς B
εἰς ζαδίους ἑπτήκοντα, & δι' ἀνδρὸς ἑνὸς πορείας γε-
νομένης, & μεσημβρίας, τότε προῆλθε τὸ δίψος, ἢ
μιθριδάτης ὑπεφαίνετο, προσέβαλλε τεθλασπωρη-
μένοις ὑπερεῖα τῷ πιεῖν, δι' αὐτὸ ἢ τὴν ὥραν φέρειν τὰ
ὅπλα μὴ δυναμένοις. ζοπή τε οὖν ἐγένετο τοῦ προῆλθε τοῦ ἀνι-
λαῖου ἀρχὰ, δι' ἣν τὸ ἀπηνορδυκότας ἀκραφνέσι προσ-
φέρεσθαι, ἢ φόνος πολὺς, πολλαί τε μυριάδες ἔπεσον αὐ-
τῶν. ἀνίλαῖος ᾗ, ἢ ὅσον προῆλθε αὐτὸν ἦν σωτηρικὸς ὑπὸ τοῦ C
ὕλης ἐπανεχώρει φυγῇ μεγάλῃ νίκης τοῦ ἐπ' αὐτοῖς
χαρὰ μιθριδάτην παρεχηκότες. ἀνίλαίῳ ᾗ προσῆει
πλῆθος ἄπρεπον ἀνδρῶν πονηρῶν ἐν ὀλίγῳ τοῦ σωτηρίαν
ποιεμένων, ῥᾳδίως χάριν τοῦ εἰς τὸ παρὸν, ὡς τε ἀν-
ταίσομα τοῦτων προσοδον ἡμέδος πλῆθος τοῦ ἀπο-
λωλότων. ἐ μὲν ὁμοίοι τε ἦσαν τοῖς πεπλωκόσι δίκα τὸ
ἀμελέτητον. ἐ μὲν ἀλλὰ ἢ ταύτας ὑπεφοιτὰ τοῦ κώ- D
μας τοῦ βαβυλωνίων, ἀνάς ατά τε ἐῶ πάντα ταῦτα ὑπὸ
τοῦ ἀνιλαίου ὕβρεως. & βαβυλώνιοι, ἢ οἱ ὄντες ἐν τῷ πο-
λέμῳ, πέμπουσιν εἰς τὰ νεωρδὰ πρὸς τοὺς ἐν αὐτῇ ἰου-
δαίους ἀνίλαῖον δίκαιούμενοι. ἢ μὴ δεξαμένοις τοῦτον τοῦ
λόγον, ἀδὲ γὰρ βαλομένοις ἔκδοτον ὧδε δοκεῖν δυνατὸν
ἐῶ, τοῦ εἰρήνην προκαλοῦντο. οἱ ᾗ καὐτοὶ χρῄζειν ἔλεγον
τοῦ ὑπὸ τοῦ εἰρήνης συμβάσεων. ἢ πέμπουσι μὲν τῆς βα-
βυλωνίων ἄνδρας, οἳ διελέγοντο πρὸς τοῦ ἀνίλαῖον. οἱ ᾗ
βαβυλώνιοι κατοπτίας αὐτοῖς ἡμομένης, μαθόντες τὸ E
χωρίον ἐν ᾧ ἱδρυμένος ἀνίλαῖος ἐῶ, δύπιεσόντες κρύ-
φα νυκτὸς μυθύουσι, ἢ καθ' ὕπνον ζεπομένοις κτεί-
νουσιν ἀδεῶς πάντας ὅσους ἐγκατέλαβον, & ἀνίλαῖον
αὐτὸν ἀπέκτειναν. οἱ βαβυλώνιοι ᾗ ἀπαλλαγέντες
τοῦ ἀνιλαίου βαρύτητος, δύπισόμισμα γὰρ ἐῶ αὐτῷ
μίσει τῷ πρὸς ἰουδαίους, ἀεὶ γὰρ ὡς ὅτι πολὺ διά-
φοροι καθεστήκεσαν ἀπίᾳ τῆς ἐναντιώσεως τῷ νόμων,
& ὁποτέροις ὧδε ἡμέροιτο θαρρεῖν πρότερον ἀλλήλων F
ἤπτοντο. & τότε οὖν ἀπολωλότων τῷ πρὸς ἀνίλαῖον,
ἐπεπίθειτο τοῖς ἰουδαίοις οἱ βαβυλώνιοι. οἱ ᾗ ἐν δει-
νοῖ πεθέμενοι τοῦ ὕβρεν τοῦ ἐν τῷ βαβυλωνίων, ἢ
μήτε ἀντιτάξασθαι μάχῃ δυνάμενοι, μήτε ἀνεκτὸν
ἡγέμενοι τοῦ σωοικίαν, ᾤχοντο εἰς σελεύκειαν
τὴν ἐκείνῃ πόλιν ἀξιολογοτάτην, σελεύκου κτίσαντος
αὐτοῦ τὸ νικάτορος. οἰκοῦσι ᾗ αὐτοῦ, πολλοὶ τῶν μα-
κεδόνων, πλεῖσοι ᾗ ἕλληνες, ἔσι ᾗ καὶ σύρων ἐν ὀλί-
γοις τὸ ἐμπολιτευόμενον. εἰς μὲν δὴ ταύτην κατα-
φεύγουσιν οἱ ἰουδαῖοι, ἢ ὅτι πέντε ἔτη ἀπαθεῖς G
κακῶν ἦσαν. τῷ ᾗ ἕκτῳ ἔτει μετὰ τὸ πρῶτον, φθο-
νὸς ἐν βαβυλῶνι ἐγένετο αὐτῷ, καὶ καιναὶ κτίσεις
ἐν τῷ πόλεως ἢ δι' αὐτοῦ ἀφιξιν εἰς τὸ σελεύκειαν, ἐδέχετο δὴ μείζων αὐτοὺς συμφορὰ, δι' αἰτίαν οὗ ἀ-
φηγήσομαι. σελευκέων τοῖς ἕλλησι πρὸς τοὺς σύρους ὡς ὅτι πολὺ ἐν τάσῃ ἢ διχονοίᾳ ὄζιν ὁ βίος, ἢ κρα-
τοῦσιν οἱ ἕλληνες. τότε οὖν συνοικούντων αὐτοῖς ἰουδαίων ἡμομένων ἐς τὰ σίαζον, ἢ οἱ σύροι καθυπέρτε-
ροι ἦσαν ὁμολογίᾳ τῇ ἰουδαίων πρὸς αὐτοὺς, φιλονικούντων τε ἀνδρῶν, ἢ πολεμεῖν προθύμως

si homo Parthus Iudæis victoriam cederet. Anilæus verò vbi cognouit aduentare illum cum valido exercitu, turpe ducens continere se intra paluſtria, & ſperans fortunam contra hoſtes priori ſimilem, fretúsque milite iam aſſueto vincere, & ipſe contra eduxit copias: cui præter veteranos multi tum etiam prædæ cupidine ſe adiunxerant, rati profligandum hoſtem quamprimùm in conſpectum venerit. progreſſos autem meridiano tempore per regionem inaquoſam ad nonaginta ſtadia Mithridates adoritur, æſtu & ſiti laboréque itineris adeo feſſos, vt arma ægrè ſuſtinerent, ipſe recentibus viribus: confeſtímque in fugam verſis tanta cædes ſecuta eſt, vt multa virorum millia caderent. Anilæus autem ſtipatus globo iuuenum effuſiſſima fuga ſe in quandam ſyluam recepit, relicta Mithridatis victoria. Verùm ad Anilæum breui confluxit magna multitudo perditorum hominum, qui licentiam pluris quàm propriam ſalutem facerent: itaque detrimentum quòd acceperat in prælio, ſuppletum eſt duntaxat numero. neque enim conferendi erant cũ his qui cecidérant, eo quòd eſſent rudes militiæ. Duxit tamẽ eos contra Babyloniorum caſtella, latéque vaſtabat omnia. Tum Babylonij reliquíque hoſtes miſerunt Neerdam ad Iudæos qui Anilæum deportarent ad ſupplicium. quod cùm non impetrarent: neque enim illis integrum erat hominem dedere, ad pacem eos inuitauerunt. quibus tractationem de conditionibus pacis admittentibus, miſſi ſunt tam ab illis quàm à Babyloniis legati ad Anilæum. tum Babylonij perluſtrato diligenter loco in quo ſe ille continebat, clàm noctu irruunt in ſopitos & grauatos crapula: & impunè quotquot adepti ſunt interficiunt, & ipſum Anilæum inter cæteros. Tum verò hoc metu exoneratus Babylonis populus, qui antehac non auſus erat odium effundere in noſtros homines, cum quibus illi propter diuerſos ritus perpetuum eſt diſſidium, nunc his nunc illis prævalentibus: ſublato inquam Anilæi ſodalitio, in Iudæos vndique coortus eſt. Itaque non ferentes eorum violentiam, & ſentientes ſe ad confligendum impares, nolentes cum eis habitare amplius, migrarunt Seleuciam vrbem eius regionis præcipuam, à Seleuco Nicanore olim conditam. hæc commune eſt Macedonum, Græcorum & Syrorum domicilium. eò poſtquam confugerunt Iudæi, per quenquennium nulla affecti ſunt iniuria. ſexto autem anno peſte apud Babylonem graſſante, denuò inde migratum eſt: quam multitudinem excipiente Seleucia, ſequuta eſt Iudæos maior calamitas ex huiuſmodi cauſa. in hac vrbe ſemper Græcis malè cum Syris conuenit, Græcorum tamen factione præponderante. quò poſtquam à Iudæis migratum eſt, eorum fauore conditio Syrorum cœpit eſſe potior, aucta viris bellicoſis, & periculorum

contemptoribus. quare Græci ſuccumbentes, & videntes ſe non poſſe recuperare dignitatem priſtinam manente Iudæorum & Syrorum conſenſu, ſuos quiſque familiares Syros apellauerunt de pace & amicitia, id quod facilè impetratum eſt. nam cùm vtrinque primatibus commiſſum eſſet negotium, ſecuta eſt reconciliatio, quam ita demum ratam fore placuit, ſi vtrique Iudæos communibus proſequerentur odiis: eóſque ex improuiſo aggreſſi, occiderunt ſupra quinquaginta virorum millia: nec vllus euaſit, niſi ſi quem amici aut vicini ſeruauit miſericordia. hi deinde ſeceſſerunt Cteſiphontem vrbem Græcanicam vicinam Seleuciæ, vbi quotannis rex hybernare eſt ſolitus, habens ibi maiorem ſuppellectilis partem repoſitam, ibíque ſedes fixerunt, tutos ſe rati regiæ maieſtatis reuerentia. Cæterùm Babyloniorum ac Seleucenſium terror omnes eius tractus Iudæos peruagatus eſt: quãdo quicquid erat Syrorum in illis regionibus cum Seleucenſibus conſpirauit in eorum perniciem. quo factum eſt vt plerique Neerdam & Niſibim ſe receperint, ſecuritatem ſuam reponentes in earum munitionibus, quæ alioquin etiam habitantur à vitis belliciſſimis. Atque ita ſe tunc habuerunt res Iudæorum per Babyloniam.

A

B

C

συνεταξμένων. καὶ οἱ ἕλληνες θαῤῥοῦντες τῇ σάῃ δυνάμει ὁρῶντες ἑαυτοὺς ἀφορμὴν τὸ πρότερον ἀξίωμα, εἰ δυνηθείεν παῖσαι τὸν λόγον τὰς ἰουδαίους καὶ σύρους, ἠθέλησεν ἕκαστος πρὸς τὴν σύρων τοὺς αὐτῷ συνήθεις περὶ τῆς γενόσεως, εἰρήνην τε καὶ φιλίαν ὑποχνούμενοι. οἱ δὲ ἐπείθοντο ἀσμένοι. ἐγένοντο οὖν ἀφ' ἑκατέρων λόγοι, καὶ τὴν πρώτην παρ' ἑτέρους ἀνδρῶν προσόψεων ὅτι ὀλλαγὰς τάχιστα ἡ σύμβασις ἐγένετο. ὁμονοήσαντές τε, μέγα τεκμήριον ἑκάτεροι ἐποιοῦντο παρ' ἀλλήλοις τὸ θαῤῥεῖν τὸ πρὸς ἰουδαίους ἔχθος, ὅτι πεσόντες αἰφνίδιον αὐτοῖς, κτείνουσι μυριάδας ὡσεὶ πέντε ἀνδρῶν. ἀπώλοντό τε πάντες, πλὴν εἴ τινες ἐλέῳ φίλων ἢ γειτόνων ὑπεχωρήθεν αὐτοῖς ἔφυγον. τούτοις τε δὴ εἰς κτησιφῶντα ὑποχώρησις πόλιν ἑλληνίδα, καὶ τῇ σελευκείᾳ πλησίον κειμένην, ἔνθα χειμάζει τε ὁ βασιλεὺς κατὰ πᾶν ἔτος, καὶ πλείστη ἡ ὑποσκευὴ αὐτοῦ τῇδε ὑποκειμένη τυγχάνει. ἀσυλίαν δὴ δὲ αὐτοῖς τὴν ἱδρυσιν ποιησαμένοις, τιμῇ τῆς βασιλείας σελευκέων φερόντων. ἐφοβήθη δὲ καὶ πᾶν τὸ τῆδε ἰουδαίων ἔθνος, τούς τε βαβυλωνίους, καὶ τοὺς σελευκεῖς. ἐπειδὴ καὶ ὁπόσον δὲ σύρων ἐμπολιτεύον τοῖς τόποις τούτων ἔλεγον τοῖς σελευκίοις ὅτι πολέμῳ πρὸς ἰουδαίους, καὶ συνελέγησαν ὡς τὸ πολὺ εἴς τε τὰ νέρδα καὶ τὸν νίσιβιν, ὀχυρότητι τῶν πόλεων πιστεύοντες τὸν ἀσφάλειαν, καὶ ἄλλως πλῆθος ἅπασα μαχίμων ἀνδρῶν κατοικεῖται. καὶ τὰ μὲν καὶ ἰουδαίους τοὺς ἐν τῇ βαβυλωνίᾳ, τοιαῦτα δὲ.

ΤΑΔΕ

ΤΑΔΕ ΕΝ ΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΩ ΕΝΝΕΑΚΑΙΔΕΚΑΤΩ ΛΟΓΩ, ΤΩΝ Ἰωσηπου ἰσοριῶν τῆς Ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας.

Ως γαΐος καῖσαρ ὑπὸ βουλευτῶν ἀνῃρέθη. Κεφ. α
Ως κλαύδιος ὁ θεῖος αὐτοῦ βιασθεὶς ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν τὴν ἀρχὴν παρέλαβε. Κεφ. β
Στάσις τῆς βουλῆς, καὶ τοῦ δήμου. Κεφ. γ
Ως κλαύδιος καῖσαρ ἀπεδίδωσιν ἀγρίππα τὴν πατρῴαν αὐτοῦ βασιλείαν ἅπασαν, προσθεὶς αὐτῇ, καὶ λυσανίου τετραρχίαν, καὶ προσγράμματα τοῦ καίσαρος ἐν ἀλεξανδρείᾳ ὑπὲρ τῶν ἐκεῖ ἰουδαίων, καὶ ἐν πάσῃ αὐτοῦ ἀρχῇ. Κεφ. δ
Ἀπόκλους ἀγρίππα τοῦ βασιλέως εἰς ἰουδαίαν. Κεφ. ε
Ἡ ὀθησολὴ πουπλίου πετρωνίου τοῦ συρίας ἡγεμόνος πρὸς δωρίτας ὑπὲρ ἰουδαίων. Κεφ. ς
Περὶ τῆς τοῦ ἀγρίππα προόδου ἄχει ὁ τελάδης. Κεφ. ζ

HÆC IN IOSEPHI DECIMONONO ANTIQVITATVM Iudaicarum libro continentur.

Quomodo Caius Imperator à Cassio Chærea ex insidiis cæsus est. CAP. I.
Quomodo Claudius Caij patruus coactus à militibus principatum acceperit. CAP. II.
Dissidium inter Senatum & plebem. CAP III.
Quomodo Claudius Agrippæ paternum regnum reddidit additâ Lysaniæ Tetrarchia; & edicta eius in Iudæorum gratiam, qui Alexandriæ aut alibi in imperij orbe habitabant. CAP. IV.
Agrippæ in Iudæam reditus. CAP. V.
Epistola Pub. Petronij Syriæ præsidis ad Doritas pro Iudæis scripta. CAP. VI.
Agrippæ gesta vsque ad ipsius obitum. CAP. VII.

ΦΛΑΒΙΟΥ ΙΩΣΗΠΟΥ
ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΑΡΧΑΙΟΛΟΓΙΑΣ
ΛΟΓΟΣ ΕΝΝΕΑΚΑΙΔΕΚΑΤΟΣ.

FLAVII IOSEPHI ANTI-
QVITATVM IVDAICARVM
LIBER DECIMVSNONVS.

CAP. I.

Quomodo Caius à Chærea cæsus est.

CAIVS porrò non in solos Iudæos Hierosolymis & in vicinis regionibus degentes debacchatus est, sed terra marique quàm latè Romanum patet imperium, quod maioribus repleuit calamitatibus, quàm quæ vnquam veterum monumentis sunt proditæ. Sed maximè Roma ipsa eius sæuitiam experta est, nihilo hac parte meliori conditione quàm vrbes cæteræ, præsertim senatores ac patricij, cæteráque nobilitas: innumerisque iniuriis vexabantur qui vocantur equites, opibus & dignitate senatoribus proximi, vtpote ex quorum ordine senatorum habeatur delectus: hi enim ignominiis afficiebantur & exilijs cædibúsque & confiscationibus, quæ tum ferè cædis accedebant præmium. Se verò pro Deo gerebat, non contentus humanis honoribus coli à subditis, & Capitolium frequentans templorum omnium in vrbe celeberrimum, Iouem eius præsidem appellatione fratris salutare ausus est. Aliis quoque operibus suam declarabat insaniam, quando à Puteolis vrbis Campaniæ ad Misenũ alterum maritimum oppidum grauatus triremi traiicere, & alioqui ad suam dominationem pertinere existimans, si à mari eadem quæ à terra obsequia exigeret, ab vno promontorio ad alterum ponte iuncto medio sinus spacio, curru, vltro citróque vectatus est: id enim demum iter dignum esse maiestate sui numinis. Templorum etiam Græcanicorum nullum inspoliatum reliquit, & omnes insignis artificij tabulas atque statuas edicto ad se comportari imperauit, quicquid vbique terrarum pulchri esset, in pulcherrimo loco, hoc est, Romana vrbe spectari debere dictitãs. his spoliis palatium suum & hortos exornauit, alióque sucos secessus per Italiam. ad hæc Ioue qui à loco in quo vniuersis Græcis colitur, cognominatur Olympius, opus Phidiæ Athenien sis statuarij,

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Ως γάϊος ὑπὸ χαιρέου ἀνῃρέθη.

ΓΑΪΟΣ ὃν ἐν μόνοις ἰουδαίοις τοῖς ἐν ἱεροσολύμοις, καὶ τοῖς ὁπόσοι τῆδε οἰκοῦσιν ὑπεδείκνυτο τὴν μανίαν, ἀλλὰ διὰ πάσης ἐσπλέων γῆς καὶ θαλάσσης ἐστέλλεν αὐτὸν, ὁπόση ῥωμαίοις ὑπακούει, μυρίων τε ἀνέπλησεν αὐτὸν κακῶν, ὁπόσα μὴ ἰσόρροπα φέροντα. μάλιστα δὲ ἠδικεῖτο τῶν δεινῶν τὴν περιοικουμένων ἡ ῥώμη κατ' ὀλίγον αὐτὸν τιμωτέραν τῶν λοιπῶν πόλεων ἡγουμένου, ἀλλά τοῖς τε ἄλλοις ἄχθος καὶ φόβητρον, καὶ μάλιστα τὸν σύγκλητον, καὶ ὁπόσοι τούτων εὐπατρίδαι, καὶ περιόντων ὑπαναιρέσεως τιμώμενοι. μυρία τε δείσκετο, καὶ κατὰ τὴν ἱππέων μὲν καλουμένων, ἀξιώματι δὲ καὶ δυνάμει χρημάτων ὅμοια τοῖς συγκλητικοῖς ὑπὸ τὸ πόλεως ἀγομένων, διὰ τὸ ἐκ τούτων εἰς τὸν βουλευτὴν κατακλήσεις, ὧν ἀτίμωσις ἦν καὶ μετανάστασις, κτεινομένων τε, καὶ τὰ χρήματα συλωμένων, διὰ τὸ κατὰς φαγὰς ὡς τὸ πολὺ ἐφ' ἁρπαγῇ τῶν χρημάτων αὐτοῖς συντυγχάνειν. ἐξεθειάζετο δὲ ἑαυτὸν, καὶ τοῖς τιμαῖς ὑπὲρ ἀνθρώπινος ἠξίου γίνεσθαι. διὰ δὲ τῶν ὑπηκόων αὐτῷ, εἷς τε ὁ διὸς φοίτιος τὸ ἱερὸν, ὁ καπετώλιον μὲ καλοῦσι, τιμιώτατον δ' ἀπ' αὐτοῖς ὄζιν ἱερῶν, ἀδελφὸν ἐτόλμησε προσαγορεύειν τὸν δία. καὶ ἄλλα ἔπραττε μανίας ὑδὲν ἀπολελειμμένος, ἐπεὶ καὶ ἀπὸ δικταρχίας τῆς πόλεως ἐν καμπανίᾳ κειμένης εἰς μεσσιωνὶς ἑτέραν πόλιν ἀπὸ θαλάσσιον, καὶ τὸν διάβασιν δεινὸν ἡγούμενος ζεύξει περατοῦ, καὶ ἄλλως ἀπιβάλλειν ἠξίωμενος αὐτῷ δεσπότην ὄντι τῆς θαλάσσης ταῦτα καὶ ὁποῖα καὶ ὅλως γῆς ἀπαγτεῖν, ἀπ' ἄκρων ἐπ' ἄκρα σανδίοις ζεύξαντα μέτεσιν τὴν θαλάσσης, καὶ εἴσω τὸν κόλπον ἀπολαβὼν πάντα, ἤλαυνεν ὅπῃ τῇ μαφόρᾳ τὸ ἅρμα. θεὸς γὰρ ὄντι ζεύξαντας ποιεῖσθαι καλῶς ἔχειν τὰς ὁδούς. τῶν τε ἱερῶν τῶν ἑλλήνων ὑδὲν ἐπ' ἀσύλῳ κατέλειπεν ὁπόσα γραφῆς, ἢ γλυφῆς ἐχόμενα, καὶ τὰς λοιπὰς κατασκευὰς ἀνδριάντων καὶ ἀναθημάτων ἄγεσθαι κελεύσας παρ' αὐτὸν. ἐ γὰρ ἐν ἑτέρῳ τὰ καλὰ κεῖσθαι καλῶς ἔχειν, ἢ ἐν τῷ καλλίστῳ, τυγχάνειν τε ὄσων ἡ ῥωμαίων πόλιν. ἐκόσμει τε τοῖς ἐνθένδε ἀγομένοις, τήν τε οἰκείαν, καὶ τοῖς κήποις, ὁπόσα τε ἄλλῃ καταγωγὰ διὰ γῆς τῶν ἰταλῶν. ἐπεὶ καὶ τὸ ὀλύμπιον τιμώμενον διὰ τὸ τῶν ἑλλήνων, καὶ ἔτως ὀνομασμένον ὀλύμπιον, φειδίᾳ τῷ ἀθηναίῳ πεποιημότος,

ἐπὶλ-

ἐτόλμησε κελεύσαι εἰς τὴν ῥώμην μεταφέρειν· μέλλει δὲ A
πρᾶξαι γε τοῦτο ἀρχιτεκτόνων, φασὶν, ἐπὶ τὸν μέμμιον
ῥηγοῦλον, ὃς ἐπετέτακτο τῇ κινήσει τοῦ θεοῦ, ἀπολείπειν
τὸ ἔργον κινήσεως αὐτοῦ γεγνομένης. λέγεται γὰρ τὸ μέμ-
μιον δηλοῦν ταῦτα, καὶ σημείων μειζόνων γεγνομένων ἢ
ὡς εἴ τινα ἤλπιζον, παρβαλέσθαι τὴν ἀναίρεσιν. καὶ γράφει τάδε πρὸς τὸν καίσαρα ἐπ' ἀπολογίᾳ τοῦ ἐκλιπεῖν
ἀξιοκόνητον τὴν ἐπιστολήν. ἀπολέσθαι τε ἐκ τούτων
αὐτὸν κινδύνου γνόμενον, σώζεται φθάσας ἤδη B
καίσαρα τελευτήσαντα. εἰς τοῦτο γὰρ προῆλθε τὸ μανικὸν
αὐτοῦ, ὥς τε δὴ καὶ θυγατρὸς αὐτῷ γνομένης, ἀνακομίσας ὅτι τὸ καπετώλιον ὅτι τοῖς γόνασι κατα-
πήσεται τοῦ ἀγάλματος, κοινὸν αὐτῷ τε καὶ τῷ δὴ
γεγονέναι τὸ τέκνον, καὶ δύο χειροτονεῖν αὐτῆς πα-
τέρας, ὁπότερον μείζονα φάσθαι ἐν μέσῳ δὲ καταλιμπάνειν. καὶ τάδε ἰκετεύοντα φεύγοντα αὐτὸν οἱ ἄν-
θρωποι. ἐπέτρεψε δὲ καὶ τοῖς οἰκέταις κατηγορίας C
ποιεῖσθαι τοῦ δεσπότου ἐφ' οἷς ποτ' ἐθελήσειεν ἐγκλή-
μασι. δεινὰ γὰρ πάντα ἐῶ ὁπόσα μέλλοι γνέσθαι, ἀλλὰ
τὸ χαιρεπές τε καὶ ὑπαγορεύσει τῇ ἐκείνου τὰ πολλὰ γί-
νεσθαι, ὥστε ἤδη καὶ κλαυδίου ἐτόλμα ποιήσασθαι πο-
λυδεύκης ὁ δοῦλος κατηγορίαν, καὶ γαῖος ἐκείνου κατὰ παῤῥησίαν τοῦ αὐτοῦ δίκης θανάτου λεγομένης
ἐπ' ἀκεσάσει σωκελθεῖν, ἐλπίδι τοῦ μὴ λαβεῖν δύ-
ναμιν ἀκελεῖν αὐτόν. ὁ μὲν ἐξεφύετό γε αὐτῷ. ἀνα- D
πεπλικότος δ' αὐτοῦ συκοφαντῶν, καὶ κακῶν πᾶσαν τὴν
οἰκουμένην ἧς ἐκράτει, καὶ πολλῶν τῶν δουλοκρατείαν
ἐπηρμένων τοῖς δεσπόταις, ὅτι βουλαὶ τὰ πολλὰ ἤδη
συνίσαντο. τοῦ μὲν ἐπ' ἀμυνὴν ὧν πάθοιεν ὀργὴν
ποιεμένων, τοῦ δ' πρὶν ἐμπεσόντες κακῶν τυχεῖν με-
γάλων πεφεμένων, τὸ μεταχειρίσασθαι τὸν ἄνθρωπον.
ὅθεν δὴ τοῖς τε ἁπάντων νόμοις καὶ τῷ ἀσφαλεῖ με-
γάλῳ συνέγνωκεν δυσαρμονίας ῥοπὴν ὁ θάνατος
αὐτοῦ, ἔθνει τε τῷ ἡμετέρῳ ὑδὲ εἰς ὀλίγον ἀξιογό- E
νει μὴ ἂν ἀπολωλέναι, μὴ ταχείας αὐτῷ τελευτῆς
φθαγμομένης. βέλομαι δ' δι' ἀκριβείας τὸν πάντα
περὶ αὐτοῦ λόγον διελθεῖν, ἄλλως τε καὶ πολλὴν
ἔχει πίστιν τοῦ θεοῦ τῆς δυνάμεως, καὶ φθαρμυ-
θίαν τοῖς ἐν τύχαις κειμένοις, καὶ σωφρονισμὸν τοῖς
οἰομένοις ἀτίδιον τὴν δυτυχίαν, ἀλλὰ μὴ ὅτι μή-
νισον φέρειν κακὸν ἀρετῆς αὐτῇ μὴ φθαγμομένης.
ὁδρὶς μὲν ζεῖς ὁ θάνατος αὐτοῦ παρεσκεύαζετο, καὶ τού- F
των ἑκάστης ἄνδρες ἀγαθοὶ τὴν ἡγεμονίαν εἶχον. ἀμ-
μίλιός τε ῥήγλος ἐκ κορδύβης τῆς ἐν ἱβηρίᾳ γένος
συνεῖχε πινάς· ἢ δὲ ἐκείνων, ἢ δὲ αὐτοῦ προθυμος
ὢν ἄρασθαι γαΐου. ἐτέτακτο δ' αὐτοῖς συνεκροτεῖτο ἧς
χαιρέας κάσιος χιλίαρχος ἡγεμόνων ἐῶ. μνηκιανὸς
δ' ἄνιος ἐκ ὀλίγου μοίρας τοῦ ὅτι τὴν τυραννίδα
παρεσκευασμένων ἐῶ. αἰτία δ' αὐτοῖς μίσους τοῦ G
προὸς γαΐον συνελθεῖν, ῥήγλῳ μὲν τὸ ὅτι πᾶσιν
ὀργίλον καὶ μίσει χρώμενον προὸς τὰ μετὰ ἀδικίας
ἐξαγόμενα. καὶ γὰρ εἶχεν τὶ θυμοειδὲς ἐν τῇ δρα-
στικίᾳ καὶ ἐλευθέριον, ὑφ' ἓ μηδὲ σέγειν προσίθε-
σθαι τοῦ βελτιόνων. πολλοῖς γὰρ ἀνεκοινώσατο, καὶ φίλοις, καὶ ἄλλοις δοκοῦσιν αὐτοῦ δραστηρίοις. μνη-
κιανὸς δ' τὰ μὲν λεπίδου τε ἐκδικία, φίλον γὰρ αὐτῷ τὰ μάλιστα ὄντα τοῦτον, καὶ τῆς πολιτικῆς σὺν ὀλίγοις
ἀναιρεῖ γαΐος, καὶ ἄλλως φοβηθεὶς τὰ περὶ αὐτὸν δρᾷ τὸ πᾶσιν ὁμοίως τὸν γαΐον ὅτι θάνατον ἀνακειμένῳ
ἐπαφιέναι τῷ ὀργῷ, ὅτι τῷ ἐγχείρησιν ἐλθεῖν. χαιρέαν δ' αἰσχύλῳ φέροντα ὀνείδη τε εἰς τὴν ἀναν-
δρίαν τοῦ τῦ γαΐου προσφερομένῳ, καὶ ἄλλως τὸ ἐφ' ἡμέρᾳ κινδυνεύειν φιλίᾳ καὶ θεραπείᾳ τῷ γαΐῳ

ausus est iubere in Vrbem transferri: quod tamen factum non est, architectis apud Memmium Regulum, cui demandatum erat hoc negotium, negantibus loco moueri posse illætum simulacrum, & absque vitio. aiunt, etiam prodigiis fidem excedentibus Memmium vetitum, distulisse imperata facere: quæ ipse inseruit excusantibus cessationem suam literis. cúmque capite luendum esset neglectum mandatum, interitus Caij hominem exemit periculo. Eò denique insaniæ prouectus est, vt natam sibi filiam in Capitolium delatam, in simulachri genua deponeret, quasi communem sibi cum Ioue prolem, in medio se relinquere dicens iudicium, vtro maiore parente sit genita. atque hæc agentem tolerabant tamen homines. Permisit etiam seruis licentiam deferendi suos dominos qualicunque crimine: quod eo grauius erat, quia ex ipsius Cæsaris autoritate, & in eius gratiam gerebantur omnia: adeò vt Claudium ausus sit Pollux mancipium ipsius reum facere: & Caius sustinuit inter iudices audire patruum dicentem causam capitis, sperans sumpturum se de illo supplicium: quod tamen ei non licuit. Itaque cùm totum suæ ditionis orbem replesset sycophantiis, & seruos erexisset contra dominos, passim illi tendebantur insidiæ, alios ira stimulante ad vindictam acceptæ iniuriæ, aliis ipsius cæde imminentem sibi perniciem præcauere volentibus. Certè ius publicum, nisi illo sublato, saluum manere non potuit, præcipuè nostra gens eius cæde erepta est ex ipsis interitus faucibus. quapropter libet mihi accuratè denarrare totum negocium, vel ideò vt argumentum sit diuinæ potentiæ; quod & in aduersis soletur homines, & modestiæ fortunatos admoneat, ne opinione diuturnæ felicitatis falsi, neglecta virtute in perpetuam corruant miseriam. Tres in illius necem conspirationes factæ sunt, quarum singulæ autores habebant viros fortissimos. nam Æmilius Regulus à Corduba Hispaniæ ciuitate oriundus manum coniuratorum circa se habebat, quorum opera illum tolleret. alterius Cassius Chærea tribunus erat caput, Annius quoque Minucianus non paucos ad opprimendum tyrannum conciuerat. His Caius inuisus erat, Regulo quidem quòd is natura omnem iniquitatem oderat. erat enim magnanimus, & liberali ingenio præditus, ita vt non dissimularet sua cõsilia: quæ cum multis cõmunicauit, vel amicis, vel alioqui viris strenuis. Minucianus verò partim Lepidum vlciscendi cupidine, quem illi amicissimum & ciuem cum primis egregium Caius occiderat: partim metu, quòd videret eius odia semper esse exosis capitalia, decreuit illum ferro inuadere. Chærea non ferebat exprobratam sibi à Caio molliciem, & alioqui quotidiana pericula, quibus propter familiaritatem eius erat expositus, optimè

se putabat nece ipsius euasurum. Commune autem omnium illorum erat propositum, superbæ ac impotenti eius dominationi finem imponere. spes enim erat, successurum negocium, & re bene gesta seruandam ope sua rempublicam, cuius saluti honestum esse vel vitam impendere. Sed Chærea fuit feruentior cæteris, tum cupiditate parandi sibi clari nominis, tum quòd propter tribunatum faciliorem accessum habebat ad perpetrandum facinus. interim Circenses ludi agebantur, quibus impendio delectatur Romanus populus, & alacriter in circum concurrens, quicquid desiderat ab imperatoribus flagitat, & illi postulatis eius perlibenter indulgent, tum quoque contentione magna rogabant, vt tributorum ac vectigalium releuaret onera. ille non ferens eorum vociferationes, dimissis militibus iubet clamatores illos passim correptos duci ad supplicium: multique hoc pacto capite plexi sunt. idque tulit populus, & cessauit à clamoribus, exemplo doctus maiorem vitę rationem habēdam quàm pecuniæ, quòd viderent pro importuno eius studio multis repræsentatum interitum. Hæc magis etiam Chæream incitauerunt ad aggrediendum facinus, & compescendam immanem Caij ferociam. Et sæpe quidem epulantem inuadere decreuerat, certis tamen rationibus id distulit: non quòd dubius esset propositi, sed quia captabatur occasio commodior, vt non irrito conatu rem ad effectum deduceret. iam autem non modicum tempus exegerat in prætoriana militia tum verò exactionibus præpositus, & debitis in fiscum redigendis, quorum quædam dilatione solutionis conduplicata fuerant: dum in exigendo terit tempus, & afflictæ fortunæ hominum miseratione exequitur mandata negligentiùs, conciuit in se iram Cæsaris, non sine probio effœminati ac segnis animi. nec hoc contentus, quoties ille redeuntibus vicibus signum à se peteret, fœmineum aliquod & probrosum dabat vocabulum. atque hæc faciebat, cùm ipsum non puderet in quibusdam à se institutis sacris vti amictu muliebri, cincinnisque & alio ornatu quo sexum mentiretur: & post hæc audebat exprobrare Chæreæ turpitudinem. qui & quoties talia signa acciperet, ferebat indignissimè, & magis etiam cùm rideretur tradens ea militibus, essétque cæteris tribunis ludibrio. nam allaturo eo signum à Cæsare, prædicabant fore vt afferret tale aliquod ludicrum. quapropter ausus est sibi aliquot asciscere, iustam iræ causam præferens. in his erat Popedius vir ordinis senatorij, omnibus ferè perfunctus honoribus, alioquin Epicureus & tum sectator otij. hunc detulerat inimicus eius Timidius, quòd in Caium iecisset conuitia: & testē adhibebat Quintiliam

τελοῦντιν ὡς ἀνελεύθερον ὑπολαμβάνων. διὸ ἢ κῆ πᾶσι κοινῆ προσεθήκατο τὸ δεῖν τῷ πράγματι σκέψιν, πότερα ὕβριν, θεωμένοις, κῆ δυσθυμίαν ἀκμὴν ἐπ' ἀλλήλων ἀκμάζουσαν διαφυγεῖν ἀράμενοις τὸν γάϊον. ἴσως μὲν οὖν καθορθώσας, καλῶς ἢ καθορθοῖ τηλικοῦτον ἀγαθὸν ἔχειν δεῖ σωτηρίας τε τῆς πόλεως, κῆ τῆς ἡγεμονίας ποιεῖσι, ⁊ μὴ ὀλέθρου ἀπέδωκε τὸ πράγματος. πάντα ἢ χαρίεσαν ἐπείγεσθαι ὀνόματός τε δυσθυμία μείζονος, κῆ ἄλλως ὑπὸ τοῦ ἀδελφεοῦ προσέναγ τῷ γαΐῳ δι' ἓ χιλιαρχίαν βαστάσης αὐτῷ κτείνειν ἐσομένης. ἐν τούτῳ ἢ ἱπποδρομίαι ἦσαν, κῆ σπουδάζε ἦ γὰρ ῥωμαίοις ἥδε ἡ θεωρία δεινῶς. σωίασι ἢ προθύμως εἰς τὸ ἱππόδρομον, κῆ ἐφ' οἷς χρήζοιεν δίον ἦ τὸ αὐτοκρατόρων κῆ πλῆθος συνελθόντες. οἱ ἢ ἀναπλέκτους τὰς δεήσεις κρίναντες, ἐδαμῶς ἀχαρίστους. ἐκέλευον δὴ κῆ τὸ γαΐον ἐκθύμῳ τῇ ἱκετείᾳ χρώμενοι τῆ τελῶν ἐπανιέναι, κῆ τῆ φόρων ὑπεκφίζειν τι τοῦ ἐπαχθοῦς. ὁ δὲ, ὡς ἐκείχετο, κῆ πλέον τι τῆ βοῆ χρωμένων, ἄλλοις ἄλλη διαπέμψας, κελεύει τοὺς δοῶντας λαβεῖν τε, κῆ μηδὲν εἰς ἀναβολὰς ἀπελεῖν φοβάμενος. κῆ ὁ μὲν ἐκέλευε ταῦτα, κῆ οἷς προστέτακτο ἐποίησαν, πλείστοί τε ἦσαν οἱ δὴ τοιούτοις ὑποθανόντες. κῆ ὁ δῆμος εὐφραμὲν, ἐκείχετο ἢ παυσάμενος τ' βοῆς ἐν ὀλίγῳ τοῦ ἕνεκα τῆ χρημάτων ὀφθαλμοῖς ὁρῶντες δὴ τοιούτοις παράπτησιν εἰς θάνατον αὐτοῖς φέρουσαν. ταῦτα χαρίεσαν ἐπήγαγε μείζονος ἀπέδωκε τε τῆς ὑπερβουλῆς, κῆ παύειν κατὰ τῆ ἀνθρώπων ἐξηγειομένου τὸν γάϊον. καὶ πολλάκις μὲν, κῆ ὧδε τὰς ἐπιθέσεις ἐμελέτησεν ὑπερχειρεῖν, ⁊ μὲν ἀλλ' ἐπείχετο λογισμῷ, τὸ μὲν κτείνειν, ἐκεῖνο ἐναγὲς καὶ ἀνοσιούργημα τὸν ἢ καιρὸν ὑποσκοπῶν, ὅπως μὴ εἰς κενὸν, ἀλλ' ὑπὲρ καταπράξει τῆ βεβουλευμένων ταῖς χερσὶ χρῶτο. ἐστρατεύετο ἢ πολλῷ ἤδη χρόνον ἐν ἡδονῇ φέρων γαΐου τὸν σωματροφῶ. ἐπεὶ δὲ αὐτὸν ἐπέστη γαΐος εἰσπραξόμενον τοῖς τε φόροις, κῆ ἄλλα ὅσα καταβαλλόμενα εἰς τὸν καίσαρος θησαυρὸν ἐφυσερήκει τοῖς καιροῖς, δῆλα τὸ διπλασιάσασθαι τῷ δυνάμιν αὐτῆ χρόνον ἐκεῖ ποιεῖται τῇ ἐπιπράξει τρόπῳ τῆ αὐτῆ χρώμενος μᾶλλον, ἢ τῇ γαΐου πρόσαξει δῆλα τὸ φειδοῖ χρῆσθαι τὰς τύχας οἴκτον λαμβάνων τῆ ὑπὸ τῶν εἰσπραξίν εἰς ὀργὴν προυκαλεῖτο τὸν γάϊον, μαλακίαν ὑπικαλουμένου αὐτῆ τὸ ἀολῆ σωάγεσθαι τὰ χρήματα. ⁊ δὴ τά τε ἄλλα ὑβρίζειν εἰς αὐτὸν, κῆ ὁπότε τὸ σημεῖον αὐτῆ τὸ τ' ἡμέρας καθηκούσης εἰς αὐτὸν, θηλειά τε ἐδίδου σώματα, καὶ ταῦτα ἀμηχάνως ἀπέλεγε. καὶ ταῦτα ἔπρασσε αὐτὸς ὡς ἀπηλλαγμένος ἐν τινῶν τελεταῖς μυστηρίων, ἃς αὐτὸς συνίστατο, στολὰς ἐνδυόμενος γυναικείους καὶ τινων θρεπτίσεις πλοκαμίδων ὑπνοῦν, ἀλλά τε ὁπόσα ὑπικαταψήσασθαι θηλύτητα τῆς ὄψεως ἔμελλεν, αὐτὸς τοῦ ὑπὸ τοιούτοις αἰσχύνου ἐτόλμα χαρέα προσκαλεῖν. χαρέας δὲ, καὶ ὁπότε μὲν ὑπαλαμβάνοι τὸ σημεῖον, ὀργῇ παίσατο, μείζονος ἢ ὁπότε ὑπεδέδοτο γελῶμενος ὑπὸ τῆ ὑπαλαμβανόντων, ὡς τε κῆ οἱ συχιλίαρχοι, παρέδοσαν ἐποιοῦντο αὐτόν. ὁπότε γὰρ αὐτὸς μέλλοι τὸ σημεῖον παρ' αὐτῆ τ' καίσαρος κομίζειν, φρύλειόν τινα τ' εἰωθότων φέρειν εἰς παιδιάν. δῆλα ταῦτα ἢ αὐτῆ, κῆ θάρσος παίσατο κοινωνούς τινας παραλαμβάνειν, ὡς ἂν ἐπ' ἀλόγοις ὀργῇ χρώμενος. ⁊ ἰὼ γὰρ πομπήδιος συγκλητικὸς μὲ, τὰς ἀρχὰς ἢ διελθὼν ἅπασας, ὑπατικὸς ἢ ἄλλως, κῆ δι' αὐτὸ ἀποφάσμενος ὑπὸ τοῦ βίου. τοῦτον ἐνδίκου πρόδηλος ἐχθρὸς ὤν, ὡς λοιδορίᾳ χρησάμενον ἀφρικανῇ κῆ τῇ γαΐῳ, μάρτυρα παραλαμβάνων κυϊντιλίαν

γυναῖκα

γυναῖκα τῷ ὅτι τ' σκιωπῆς ὅπιφανείᾳ τὲ ὠραίᾳ ὡρ- A
αϊσάσιον πολλοῖς τε ἦσαν, καὶ τῷ πομπηίῳ. καὶ τῆς
ἀνθρώπου, ψεῦδος γὰρ ἰών, δεινὸν ἡγεμόνης μάρτυρίαν
ὅτι θανάτῳ τὲ ἑκάστε ὠφελεῖν, βασάνων ἔχρηζεν
ὁ τιμίδιος. Ϛ γαΐος παρεξυμμόνος, κελεύει τ' χαιρέαν
μηδὲν εἰς ἀναβολὰς ἀλλ' εὐθέως βασανίζειν τ' κυϊντ-
ιλίαν, χρώμενος τῷ χαιρέᾳ πρὸς τε τὰ φονικὰ, καὶ
ὁπόσα τρεβλώσεως δέοιτο, ὑπὸ τὲ νομίζειν ὠμότερον
δικαιοπραγεῖν τὸν λοιδορίαν φεύγοντα τῆς μαλα- B
κίας. κυϊντιλία δ' ὅτι τὸν βάσανον ἀγομένην τῷ συ-
νισόρων τινὸς ὅτι βαίνει τῷ ποδὶ, ἀποσημαίνουσα
θαρσεῖν, καὶ μὴ τὰς βασάνους αὐτῆς δεδιέναι. διοίσει
γὰρ μὴ ἀπὸ εὐγαθίας βασανίζει ταύτην ὡμῶς ὁ χαι-
ρέας, ἄκων μὲν, καταναγκας δ' τὰς ὑπ' αὐτε. καὶ
μηδὲν ἐνδοῦσαν, ἦγεν εἰς τὸν ὄψιν τὸν γαΐου, δικαιο-
μένην ἂν ἐν ἡδονῇ τοῖς θεωροῦσι. καὶ ὁ γαΐος παρών τι
πρὸς τὸν ὄψιν τῆς κυϊντιλίας δεινῶς ὑπὸ τῷ ἀλγη- C
δόνων δικαιομένης, τὲ ἐγλήματος ἤφιει καὶ αὐτὸν καὶ
τὸν πομπήιον. ἐκείνων δ' καὶ χρημάτων δόσει τι-
μᾷ ὠφελιμείας ἐσομένων λώβης, ὧν ἐλελώβητο
εἰς τὸν ὠμότητα τὲ ἀφορήτου τῷ ἀλγηδόνων. ταῦ-
τα δεινῶς ἰωίασε τὸν χαιρέαν, ὡς ἄπορον ἀνθρώποις, Ϛ
ὑπὸ γαΐου παρηγορίας ἀξίοις ἐν αἰτίᾳ κακῶν τὸ ὅσον
ἐπ' αὐτοῖς γεγονημένοις. φησί τε πρὸς κλήμεντά
τε καὶ παπιώνιον, ὧν κλήμης μὲ ὅτι τῷ στρατοπέδων,
παπιώνιος δ' καὶ αὐτὸς ἰών, χιλιάρχων, ἀλλ' ὅτι φυ- D
λακῇ γε ὦ κλήμης τὰ πάντα τὲ αὐτοκράτορος ἡμῖν
προέσειν ἐν ἐλλέλειπε. τῷ γὰρ σωματοκόπων αὐ-
τὲ κατὰ τῆς ἡγεμονίας προθυμίᾳ καὶ πόνοις, τοὺς μὲ
ἀπεκτεινάμεν, τοὺς δ' ἐστρεβλώκαμεν ὅτι τοσοῦτον,
ὡς ἐλεεινοὺς κἀκείνῳ γενέσθαι. μῶν πόσης τε ἀρετῆς
ἡμῶν ἐξάγεται τῷ στρατιῶν; σιγήσαντος δ' τὲ κλήμε-
τος, καὶ τὸ μὲν ἀρχαίᾳ φέρειν τὰ προσπαιόμενα καὶ τῷ
βλέμματι καὶ τῷ ἐρυθήματι φράσαντος, λόγῳ δ' αὖτῷ
τὸν μανίαν τὲ αὐτοκράτορος προσκαλεῖν ἄδικον ἡ- E
γουμένῳ προθυμίᾳ τὲ ἀσφαλοῦς, χαιρέας δ' ἤδη θαρ-
σεῖ χρώμενος ἐν λόγοις ἰῶν κινδύνων ἀπειλμένοις πρὸς
αὐτὸν, τὰ κατέχοντα δεινὰ τὸν πόλιν, καὶ τὸν ἀρχαῖν
ἐπεξιών, καὶ ὅτι λόγῳ μὲν εἶη γαΐος ὁ τὸν ὅτι τοιού-
τοις αἰτίαν προσιθέμενος, τοῖς δ' ταληθὲς ἐξετάζειν
πειρωμένοις, ἐγὼ τε ὦ κλήμης, Ϛ ὑποσὶ ὁ παπιώνιος
καὶ προ ἡμῶν σὺ, ταύτας ῥωμαίοις τε καὶ τῷ παντὶ F
ἀνθρωπίνῳ τὰς τρέβλας προσφερόμενοι, Ϛ ὅπ-
τάγμασι τοῖς γαΐου δικανουόμενοι. γνώμη τε τῇ αὐ-
τῷ, παρὸν παύσω τοσαύτην ἤδη χρώμενον ὕβρει
εἰς τε τοὺς πολίτας Ϛ τοὺς ὑπηκόους, δικανόμεθα
δορυφόροι Ϛ δήμιοι καθεσηκότες αὐτὶ στρατιωτῷ, καὶ
τὰ ὅπλα ταυτὶ φέροντες οὐχ ὑπ' ἐλευθερίας, οὐδὲ ἀρ-
χῆς τῷ ῥωμαίων, ἀλλ' ὅτι σωτηρία τὲ δουλουμένῳ
τάτε σώματα αὐτῷ καὶ τὰ φρονήματα, μιαινόμενοι
τὸ καθ' ἡμέραν αἵματι σφαγῆς καὶ βασάνου τ' ἐκεί- G
νων, μέχρι δή τις καὶ καθ' ἡμῶν δικανήσηται τοιαῦτα
γαΐῳ. οὐ γὰρ εὐνοία τε πολιτεύει δικὰ τάδε πρὸς ἡ-
μᾶς, δι' ὑποφόσεως δ' μᾶλλον, καὶ ἄλλως τὲ πολλοῦ
τῷ ἀπολλυμένων ἀποδεδωκότος. οὐ γὰρ δὴ σήσεται
ποτε γαΐῳ τὰ τ' ὀργῆς, δικὰ τὸ μὴ δίκην, ἀλλ' ἡδονὴν πέρας αὐτ' τυγχάνειν. σκόπει δ' πρόσθεν ἡμᾶς καὶ αὐτοὶ,
δίον καὶ τοῖς πᾶσι τὸ ἀνεπιβούλευτόν τε καὶ ἐλεύθερον βεβαιῶν, καὶ ἡμῖν κινδύνων ἀπαλλαξαὶ ψηφίσασθε. κλή-
μης δ' τ' μὲ δίκαιον τ' χαιρέᾳ, φανερὸς ἰῶ ἐπαινῶν, σιγᾷ δ' σπέλδει μὴ καὶ φορτικοῦντος εἰς πλέονας τ' λόγε,

mimam propter formam adamatam cum aliis
multis, tum Popedio. quæ cùm nollet amatorem
suum falso, vt erat, testimonio grauare in causa capitis, Timidius vigebat tormentis eam subiici. Tum Caius exasperatus
Chæream iubet sine mora torquere Quintiliã,
ideò potissimum ei solitus cædes & quæstiones iniungere, quòd putaret hæc executurum
inclementiùs, quo molliciæ notam effugeret.
Quintilia porrò cùm torquenda duceretur, cõsciorum cuiusdam obiter pedem calcauit,
innuens vt bono esset animo, néve ad tormenta ipsius expauesceret: se enim ea perlaturam obfirmato animo. itaque crudeliter eam
examinauit Chærea, non sponte, sed necessitate coactus. Cúmque illa perduraret,
duxit eam in Caij conspectum, affectam modis miserabilibus. Cuius miseratione indignè laceratæ Imperator nonnihil flexus
Popedium absoluit, & pecuniis solatus est
mulieris calamitatem, quam fortiter æquè
ac feliciter tolerauerat. Id verò indignissimè
tulit Chærea, sic traduci putans suam sæuitiam,
quasi tam immodicam, vt ipsum Caium remedium eius adhibere oporteat. quamobrem sic Clementem & Papinium alloquitur,
quorum hic & ipse tribunus erat, ille præfectus vrbanarum cohortium. Nos quidem
Clemens in tuendo Imperatore nunquam officio nostro defuimus. nam nostra opera &
industria coniuratorum alij necati sunt, alij
tormentis intantum lacerati, vt ipsi visi sint
miserabiles. Sed hæccine sunt nostræ militiæ munia? Tacente ad hæc Clemente, sed
vultus rubore pudorem fatente ministeriorum talium, cæterùm verbis non ausо suggillare insaniam Cæsaris, Chærea iam confidentiùs commemorare cœpit calamitates vrbis & imperij. harum, inquit, causa vulgi
sermonibus in Caium refertur: sed si rei disquiratur veritas, ego mi Clemens, & hic
Papinius, & ante nos tu Romanis, imò toti
humano generi horum malorum causa sumus,
qui mandata eius exequimur: & cùm finem
imponere possimus eius tum in ciues, tum in
reliquos subditos debacchationibus, per tam
fæda ministeria facti sumus ex militibus satellites ac carnifices, non pro libertate Romanorum aut Imperio gestantes arma, sed pro
eius incolumitate, qui eorum tam animos quã
corpora in seruitutem redigit, contaminantésque nos quotidie cruore cæsorum & atrocissimis quæstionibus, donec ipsius iussu ab aliis
pari mosto tractabimur. non enim hoc modo
cariores ei reddimur, sed suspectiores potius:
& alioqui assuetus cædibus, quas libidine moderatur, non iudicio, nequaquam conquiescet priùs quàm nos quoque cæteris adiiciat:
nimirum iam destinatos exitio, nisi maturè
prospicimus & communi libertati, & nostrismet periculis. Clemens autem etsi approbaret Chæreæ sententiam, tacere tamen
eum iussit, ne sparsis in plures his sermonibus,

